

test quoad creditorem, principalis correat debendi, cuius fidem pariformiter, & infolidum ipse creditor sequutus dicitur, ut est in sua precedenti. Ideoque in his terminis specialibus fideiussoris de representando, ut excusetur per mortuarius a Principis concessam firmat in specie de Marin. resol. 133. num. 21. lib. 1. & que auctoritas punctualis absque contradicente sufficere debet.

Magis vero, iuxta genium, ac stylum, insistebam in ratione, Quod scilicet superventa mutatio status, utpote proveniens ex facto Principis, dici potest casus fortuitus, qui non excusat fideiussorem debiti, & tamen excusat fideiussorem de representando ad text. in l. si decesserit ff. qui solent dare cogantur, & l. sancimus Cod. de fideiussor. ubi de huiusmodi secundo fideiussore liberando per mortem principalis presentandi, per quam primus fideiussor non liberatur; Et ex quibus iuribus de morte loquentibus, idem firmant DD. in casu quo principalis fiat bannitus, seu clericus, aut alias mutet statum, ita ut eius presentatio impossibilis reddatur ex deductis per Farin. quest. 34. Muscatell. pract. fideiussor. dicta par. 2. quest. 9. de Marin. dicta resol. 133. & 134. & alios, ex ea ratione, quod obligatio intelligitur, rebus in eo statu permanentibus.

Alia etiam viva ratione concurrente, quod si mortoria non suffragaretur debitori, ita gratia Principis elusoria redderetur, nam aut fideiussor pulsatus posset principalem urgere, Aut non posset; Si posset gratia esset de vento, & si non posset, obstaret creditori exceptio cedendarum, que militat etiam in fideiussore debiti, quoties remaneat in terminis simplicis fideiussoris, & non transit in illam principalis correi, multo magis isto casu.

Itud motivum patiebatur difficultatem, non in iure, sed in facto super applicatione, quoniam ex parte creditoris preterdebatur, quod electio dictae habitationis cum imperatione confusa; inhibitionis, sequuta esset post interpellationem ad presentandum, atque post jam contractam per fideiussorem moram, quo casu etiam mors, vel quaecumque alia casualis mutatio status non excusat, ut habetur deductum supra disc. 94. atque super hac circumstantia facti, maior vii controversia inter causas Patronos potius, quam inter Advocatos, dum presertim ex hac parte fideiussoris preterdebatur, ut non posset dici quod contracta esset mora durante termino, quem principalis debitor susceperat iuxta decisionem in Romana fideiussoris de repr. extendendo 16. Martii 1618. coram Cocchio impress. per Scannarol. de Visitat. in appendice capit. 22. numer. 1. & sequen.

Verum quia Iudex satis inclinabat pro morae incurfu, hinc proinde opus fuit recurrere ad alterum motivum liberationis resultantis ex eo quod ex facto, & culpa ipsius creditoris, debitor presentandus positus fuisset in fuga, iuxta punctualiter firmata per Marin. dicta resol. 134. & Capyc. Latr. consulti. 49. n. 14.

Pro isto fundamento evitando, insistebant etiam scribentes pro actore, in dicta distinctione super obligatione mere fideiussoria, vel aequae principaliter, & infolidum; Verum facilis fuit solutio cum dicta distinctione inter fideiussorem dandi, & fideiussorem faciendi; Ideoque huiusmodi distinctione neglecta, circa casum alterius questionis adum fuit de fideiussoris liberatione ob mutationem status, quia nempe principalis fuerit bannitus, seu alias pro delicto capitaliter condemnatus, & in hoc intrat questio plene agitata per Farin. dicta quest. 34. & in qua distingui solet, an bannum proveniat ex eadem causa, vel ex diversis, cum distinctionibus apud eum deductis; Verum opus non fuit id examinare, cum revera non eramus in casu.

In terminis vero praecisis, ubi scilicet eritor, vel Iudex, omnia via agendi contra fideiussorem, ut reum, vel debitorum representent, directe curet illum carcerare, unde propterea illa se ponat in fuga, an scilicet ex eo quod fideiussori ex facto creditoris, vel Iudicis, impossibile, vel difficile redditum sit factum promissum, inducat eius liberatio, agit Farin. d. qu. 34. n. 169. & sequ. ubi asserendo quod ista sit questio subtilis, adducit opiniones hinc inde, sed nihil firmat, ita ut in eius auctoritate, (iuxta frequentem dicti Auctoris consuetudinem,) & pro neutra partium constitui possit fundamentum.

Verum quicquid sit in criminalibus, Quatenus pertinet ad terminos civiles, atque ad casum praesentium, in quo non per ipsum Iudicem, sed per creditorem; principalis debitor positus sit in fuga, dum habebatur dictas auctoritates Capyc. Latr. consulti. 49. nu. 14. & de Marin. resol. 134. lib. 1.

neque in eisdem terminis praecisis per Scribentes in contrarium contradicte allegaretur, cum deducti percuterent dictum alium casum in criminalibus, hinc proinde dicebam ut iuxta praemissas auctoritates iudicandum esset, ob duplicem rationem ab eisdem allegatam; Unam scilicet quod ex ipsius creditoris facto reddita est fideiussori impossibilis, seu difficilis representatio; Et alteram magis stringentem, quod dum creditor directe, ac per seipsum voluit de persona debitoris assecurare, videtur ita renunciasse illi custodiae, & assecurationi, quam fideiussori commiserat; Verum istud quoque fundamentum aliquas facti magis, quam juris difficultates patiebatur, ex quibus, ac aliis facti particularibus circumstantiis, non improbabiler Iudex inclinabat contra fideiussorem, qui curavit cum quodam honesto concordiae temperamento, obtinere creditoris acquiescentiam.

ROMANA CAUTIONIS PRO FRANCISCO SALUCCIO CUM JO; BAPTISTA PAULUCCIO

Casus disputatus coram A.C. & postea concordatus.

Obligatio fideiussoris de iudicatum solvendo praestita coram uno Iudice, qui dedit absolutoriam, an evanescat cum illa instantia, adeo ut non duret pro iudicatum per Iudicem appellationis. Demandata per Iudicem cautione hinc inde, an cautio praestita per unam partem evanescat, si altera pars eam non dedit.

SUMMARIUM.

- 1 Fideiussor de iudicatum solvendo in una instantia an teneatur in altera.
2 In reciprocis, & correlativeis, cautio unius non afficit, saltem eam non praestet.
3 De eadem conclusione, de qua num. 2.
4 Quid ubi fideiussor se obligavit tanquam principalis.
5 Et quid accedente obligatione ex deposito.
6 De distinctione inter cautionem voluntariam, & necessariam.
7 De conclusione, de qua num. 3.
8 Quando non curetur defectus implementi.
9 Ad quid teneatur ille, cui cautio non praestatur.
10 De difficultate in casu controversiae.

DISC. CXIX.

Ortis controversiis inter Franciscum, & Franciscam conjuges, de consensu ad cohabitatione separatos; Cum mulier peteret ad viro restitutionem bonorum dotalium, nec non alimenta, & expensas, & e converso viro, ut dicta bona cautè restitueret quodcumque rehabenda, praetenderet ad restitutionem non teneri, vel bona deponere penes tertium, Iudex mandavit consignari, & recipi respective, data cautione hinc inde in forma depositi, de solvendo quid fuerit iudicatum, in cuius decreti executionem pro muliere cavit Joannes Baptista, qui se obligando tanquam principalis principaliter, & in solidum, unde vir alia cautione non praestita restitutionem fecit bonorum dotalium, ad quam Iudex prima instantia decreverat illud teneri; Cumque interposita appellacione, Iudex secunde instantia iudicasset ad favorem viri, ut ad restitutionem non teneretur; Hinc Franciscus pulsavit fideiussorem de duobus expicientem; Primò scilicet quod eius obligatio praestita coram uno Iudice, qui absolutoriam dederat, declarando locum fuisse restitutioni, evanuisset cum illa instantia, quodque fideiussor de iudicatum solvendo, non teneretur ad id, quod per Iudicem alterius instantia, in contrarium iudicatum esset per text. in l. pen. ff. iudicat. solven. & firmant scribentes, de quibus plene Cyriac. contro. 285. num. 28. & per tot. Capyc. Latr. consulti. 49. n. 7. Surd. dec. 212. nu. 2. Duran. dec. 211. num. 4. Theaur. dec. 202. & ceteri apud eodem.

Ex secundo, quod ubi cautio per Iudicem, hinc inde demandata fuit, tunc praestita per unam partem non est obligatoria, nisi altera pars eam quoque praestet; Cephal. cons. 690. num. 4. cum segg. Herculan. de cautione non offendend. cap. 41. num. 1. Maur. de fideiussor. in praesud. sect. 2. cap. 4. nu. 20. cum segg. atque in hac praesertim secunda exceptione, Iudex majorem habebat difficultatem; Quamvis autem Ego scribens pro viro gravem habebam contra eundem difficultatem.

cultatem, ex quibusdam circumstantiis facti potius ut infra, unde propterea, ei iuxta stylum liberè insinuavi, & consuli, ut acquiesceret, vel eo posset modo se concordare; Nihilominus quoad dictos punctos, cum sensu etiam veritatis, dicebam, ut nullam haberent subsistentiam.

Quatenus enim pertinet ad primum, quoties non est expressum nomen proprium Iudicis, in quibus terminis procedit contraria opinio, verior esse videtur altera opinio, quam tener Rota, ut talis fideiussor non liberetur per absolutoriam in una instantia latam, in altera revocata juxta dec. 353. Aegidii, Celsar. Grass. dec. 2. num. 8. de Locato, Penza dec. 571. iuxta impress. Lugdunen. itaque opinio servatam fuisse quoque per Sac. Consil. Neapolitanum testatur Franch. dec. 208. in fine, & melius dec. 320. atque hanc servari in praxi testatur adit. ad Alexan. cons. 109. circa med. lib. 7.

Clarius vero in hac facti specie ex duplici circumstantia; Primò scilicet quod dictus fideiussor se obligaverat tanquam principalis principaliter, & infolidum, quo casu non procedere difficultatem resultantem ex dispositione text. in dicta l. penult. habetur apud Franch. dicta dec. 208. in fin. & bene apud Gratian. disc. 348. num. 22. & num. 29. ubi quod hanc opinionem servat Rota; Et secundo, quod idem se obligaverat in forma depositi, unde vocatur de depositum servatum, ut sola sententia non tolleretur à obligationem depositi, quae non cessat nisi per effectivam restitutionem rei Gabr. cons. 53. lib. 1. num. 7. Franch. dicta dec. 208. in fine.

Item quia dispositio text. in dicta l. pen. cum ibi not. procedit in cautione praetoria, & necessaria, danda ab eo qui vult agere, dum alias absque tali cautione non admitteretur, & in his terminis loquuntur Cyriac. dicta controvers. 285. Theaur. dicta dec. 202. & ceteri, de quibus disc. seg. Secus autem ubi agit de voluntaria cautione data ad assequendum aliquid pro securitate alterius partis pretendens restitutionem; Prima enim respicit solam instantiam, Altera vero dicitur potius respicere causam, ac securitatem ipsius rei, super qua est controversia, adeo ut talis cautio dicatur stare loco sequenti, & sic durat durante tota causa cujus exitus attendendus est Gabr. d. cons. 53. n. 1. & per tot. lib. 1. Gratian. d. disc. 348. num. 22. & seg. idque clarius comprobatur remanere ex dicta circumstantia cautionis facta in forma depositi.

Quo vero ad alteram exceptionem, super qua major erat Iudicis difficultas; Dicebam quod conclusio firmata per Cephal. Herculan. Maur. & alios, percutit casum, in quo totum, & coaequale jus utriusque partis versetur circa cautionem recipiendam, ita ut praestita per unam partem, imponentem habeat conditionem sine qua non, quatenus scilicet per alteram praestetur, quasi quod substantia actus, ac voluntatis resideat in ipsa recipiendone, ut contingit in cautione de non offendendo demandari solita pro cautela vicissitudinaria, cum tunc desicere dicatur voluntas partis praestantis, nisi per alteram praestetur, Secus autem, ubi cautio respicit solum certum effectum, pro quo requiritur, ut cautio praestetur per unam partem, nulla vero subest necessitas, ut per alteram praestetur, quoniam tali casu, ratio dictae conclusionis non intrat, atque potius locus videtur alteri receptae conclusioni, de qua Mantic. dec. 270. Gregor. dec. 347. num. 11. & passim, ut scilicet non curetur implementi defectus, quoties nihil interest Partis, cui implendum erat.

Et hic erat casus, quoniam cum controversia esset super restitutione bonorum dotalium per virum mulieri faciendam, necessaria erat cautio praestanda per mulierem obtinendam restitutionem bonorum, ut quatenus ad favorem viri iudicaretur, hic per eorumdem bonorum dispositionem non remaneret elusio; E converso autem, nulla suberat necessitas, ut praestaretur cautio ex parte viri, qui ad aliud non tenebatur, ita ut litis prosequitio faceret eum actorem potius quam reum, ideoque non videbatur esse in casu conclusionis.

Et in omnem eventum, ubi etiam praetenderetur, quod ex deficiente voluntate cautio esset ut supra inefficax, & non obligatoria, adhuc tamen, vel actione de dolo, vel ex conditione sine causa, tenebatur altera pars, eiusque fideiussor remittere omnia in primum, restituendo id, quod in vim talis cautionis receperat, cum non possit actus reprobatas, ac esse declaratas invalidas, in parte approbari, ac esse operativus ad favorem ejusdem reprobantis.

Mea vero difficultas consistebat in facto potius quam in iure quoad fideiussorem, quoniam tenor instrumenti confecti inter ipsos conjuges super dictorum bonorum restitutione ostendebat, quod huiusmodi actus gestus non esset in executionem dicti decreti, adeo ut vir invitus, fideiussoris fidem sequendo, tanquam sub sequestro, vel deposito, bona praedicta restitueret, & in quibus terminis praemissa rectè procederent, sed nulla facta mentione dicti decreti, vel praestitae cautionis, potius tanquam per speciem concordiae, & amicabilem compositionis, dicta restitutio facta legebatur soli mulieri, quae e converso libera verat virum à praetentione alimentorum, aliisque praetentionibus, ideoque juris quaestiones tollebantur ex facto, quod frequentius apud iudicatos, & accuratos Iudices, causas decidere solet.

BONONIEN. EXPENSARUM PRO JACOBO ZAVARINO CUM HORATIO DE GUSMAN.

Casus disputatus coram Praelato Iudice Commissario, resolutus pro Horatio.

De eadem materia fideiussionis praestitae in una instantia, seu in uno iudicio, an duret, si causa ulteriori progressum habeat in aliis instantiis, & coram diversis iudicibus. Et in specie quid in terminis Statuti Bononiae.

SUMMARIUM.

- 1 Fideiussor de iudicatum solvendo in una instantia, an teneatur in aliis.
2 De differentia inter cautionem praestitam ab actore, vel a reo.
3 Quod in hoc attendatur verisimilis voluntas.
4 Expenditur statum Bononiae in hac materia, & de eius materia.
5 Quomodo in hoc regulanda sit voluntas partium.
6 De quibus causis dictum Statutum loquatur.

DISC. C.

Orta lite inter Hieronymam, & Horatium interstiti esse per dictam cautionem ad formam Statutorum Bononiae dari fideiussorem expensarum, atque datus fuit Jacobus, sed introducta causa in Curia per appellationem ab Horatio, illaque per plures instantias tractata, & sopra ad favorem appellantis, cum solita condemnatione Hieronymae in expensis, pro istis molestabatur coram ultimo Iudice executeore, dictus fideiussor.

Pro isto autem Ego super hoc solum puncto scribens; Dicebam causam videri singularem, ac dignum, ut disputaretur in causa gravioris momenti, pro congrua vero ejus decisione, duas constituebam inspectiones, unam in puris terminis juris communis, & alteram in terminis Statuti.

De jure, post Franch. dec. 320. & Theaurum dec. 202. qui hinc inde allegabantur, late disputat articulum Cyriac. contro. 285. ubi proficitur omnes utriusque sententiae sequaces enumerare, atque probat quod opinio communis assidit opinioni Bart. contra Martinum, cui adherere videtur Theaur. Atque ultra adductos per Cyriac. agunt etiam moderniores, de quibus Capyc. Latr. consulti. 49. & plenius Pratus in adit. ad Muscatell. in praxi fideiussoria modo 12. ubi multos casus distinguit, ex quibus, & aliis disc. preced. patet magis communem fore assistere fideiussori, ex regula, quod fideiussio strictissime intelligenda est, atque quo magis fieri potest restringenda.

Atque ut bene ex Gugliel. de Cuneo advertit Cyriac. dicta contro. 285. num. 32. & segg. magna differentia est inter fideiussorem praestitum per actorem, ac illam praestitam per reum, quoniam isto secundo casu, culpa est ipsius rei condemnati appellare, ideoque non debet esse in eius voluntate cautionem eludere; Non sic est in alio casu, quoniam sibi imputet reus, cur in aliis instantiis, vel iudiciis, vel instet novos fideiussores per actorem praestari, unde quando causa tractanda esset in terminis juris communis, illam dicebam esse planam pro fideiussore; Atque Cyriac. num. 36. allegat Surdum cons. 271. num. 9. allegantem Bar. qui dicit ita fuisse iudicatum Bononiae.

Praetertim quia in ista questione, principaliter spectatur verisimilis voluntas actoris, qui fideiussionem praestitit,

stitit, ac etiam illa Judicis, qui eam præfari mandavit, eiusdemque fidei iuroris, ut liquet ex deducis per eundem Theat. dicta decif. 202. & advertit Præfatus in addit. ad Muscatell. ubi supra verus est casus in fine, & multo magis concurrente in idem voluntate ipsius satisfationem petentis.

Voluntas autem colligantis habendi fidei iurorem in instantia tantum, erat clara, dum ita cantabat ejus petitio in illis verbis insertis per dictam Hieronymam tanquam mulierem, ad formam Statutorum Bononiæ idoneè caveri de expensis referendis in præfenti instantia in casu succumbentis, ideoque spectatis nudis terminis juris communis, casus videbatur indubitatus.

Difficultas autem erat in secunda inspectioe, stante clara dispositione Statuti, quod fidei iuratores non liberentur mutatione Judicis, vel Tribunalis, nec ratione mutationis iudicii sine instantia &c. Ideoque iudiciose ad hunc punctum per iudicem restricta fuit difficultas.

Verum Statutum in præfenti non obitare dicebatur ex pluribus quorum unum fuisse videbatur, Primo quia idem Statutum ad litteram excipit casum, in quo per ipsum colligantem hæc satisfatio remissa esset, ut in veris. Et si non satis dederit, ubi, nisi petitio satisfationis ipsius remissa fuerit, ubi gloss. str. B. allegat jura idem disponantia; Unde cum colligans restrictisset suam petitionem, ad satisfationem expensarum illius instantiæ, ut probant verba superius registrata, id fufficere videbatur, quoniam non videtur de jure dubitandum, ut qui poterat totum remittere, poterit limitare, atque ad certum casum petitionem restringere.

Secundo clarior quoniam ista pars Statuti non percutit casum controversum, sed solum agit de fidei iuroribus præstandis per forenses, vel alios qui dominio Communis Bononiæ subditi non sint.

Ad id autem clarè dignoscendum advertet, ut legi deberet totum Statutum, quoniam ab initio usque ad §. Et idem intelligatur, loquitur de satisfatione præstanda per forenses, & non subditos, qui conveniant subditos; Et in d. §. Et idem extendit hanc dispositionem ad Universitates, ac mulieres, & alios ibi expressos; Deindeque in proxime sequenti §. Et dicti fidei iuratores, ordinat novam dispositionem super reconvensione; Et demum in §. Et qui etiam fidei iuratores, præcipit, ut fidei iuratores non liberentur mutatione iudicii, vel instantiæ.

Itè ultimus §. qui solum præbebat causam dubitandi, non loquitur de fidei iuroribus mulierum, sed solum de fidei iuroribus contentis in §. immediatè precedenti, non solum ex regula quod relatio faciendâ est ad proxima, & immediata, non autem ad remota, & mediata; Sed etiam quia illa verba Et qui etiam, stant continuative ad §. præcedentem, ut in terminis specialibus intelligentiæ alterius Statuti Bononiæ late, & bene probat Giovaon. conf. 66. lib. 1. ubi adducit regulas, & axiomata generalia, quæ desuper more Collectorum de facili circumscribuntur.

Clarius quia in eodem §. Et qui etiam, continuando eandem periodum in casu peremptionis instantiæ non renovatè infra tres menses, explicitè probatur statuente in hoc §. loqui solum de fidei iuroribus præstitis per non subditos ibi, Si de novo dicta causa infra dictum tempus per dictum non subditum incipiat non fuerit, ipsi fidei iuratores liberentur &c. unde propterea iste casus remanebat omissus à Statuto, ideoque reuelandus à jure communi, cum versaremur in statu exorbitanti.

Tertio quoniam, Aut attendenda esset voluntas illius, qui satisfationem petit, Aut verisimilis voluntas statuente, qui eandem satisfationem demandant; Primo casu voluntas erat clarè restricta ad illum instantiam ut supra, unde cessabat omnis quæstio; In secundo autem certæ juris propositio est, ut quælibet dispositio intelligenda sit, rebus in eo statu permanentibus, atque retento præsupposito, quod disponens habebat in mente, cum voluntas trahi non possit ad incogitata, & multo minus ad nolitatas ex deducis per Seraphin. decif. 1278. num. 4. Cavalier. dec. 340. num. 4. cum aliis per annos ad decif. 523. num. 25 p. 4. recent. tom. 3.

Ideoque cum Statutum mandet ejus subditis, ne appellent ad alios Judices, & Superiores, quam ad eos, qui ab ipsomet Statuto præscripti sunt, exinde resultare videtur, ut casus appellationis ad Iudicem Romanæ Curie esset incogitatus à Statuto, & consequenter, quod remaneret extra illius intentionem, ac dispositionem.

Neque præmissis obitare observabam conclusionem de-

ductam per Scribentes in contrarium, quod per statuariam dispositionem non censeatur impedita appellatio ad Papam, ejusque Curiam, quoniam punctus non est in potestate appellandi ad effectum validitatis appellationis, & actorum, quæ in Curia Romana facti, in quibus terminis, & ad quem effectum loquuntur allegati, sed est involuntariè statuentium, quod scilicet non cogitaverint ad casum, qui proinde utpotè extra eorum intentionem, remanet extradi dispositionem, & in terminis juris communis; Nunquam enim legis beneficio jvari potest, qui eandem legem contemnit, ejusque formam non servat. l. auxilium §. in delictis ff. de minor. l. sancimus C. de judic. l. fin. §. & si præfata C. de jure delib. Barb. axiomat. 136. nn. 21. Unde cum appellans ad Curiam spernat Statutum, atque in illud quodammodo delinquit, hinc nulla juris ratio exigit, ut ejusdem Statuti beneficio jvari debeat.

Et quod verè Statutum cogitaverit ad solum casum negotiorum tractandorum in illis Tribunalibus, non autem in Curia Romana, evidenter liquere dicebam ex eo, quod illud principaliter emanavit contra non subditos statutibus, ob impotentiam, vel difficultatem eos urgendi ad expensarum refectionem; ut liquet ex ipsius Statuti lectura, quæ ratio adaptabilis non est, ubi causæ tractantur in Curia Romana, & coram Papa, cujus auctoritas omnes afficit.

His tamen non obstantibus, (quæ scribendo tanquam Advocatus deducebam) contrarium iudicatum fuit, atque ut audivi, Judex processit cum verbis statuti loquentis de quacumque instantia; Non potui autem maturum iudicium pro veritate desuper efformare cum unica informatio desuper edita sit abique ulteriori disputatione, non vis informatio minus a terius partibus, ex quibus intellectus illuminari solet, atque ita ad veritatis notitiam devenire, neque huculque alia occasio se obtulit.

ROMANA OBLIGATIONIS PRO JACOBO DE SIMIGLIANO HEBREO CUM N. N.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Jacobo.

An, & quando obligatio fidei iuroris sublineatur, non obstante invaliditate obligationis principalis, vel alia exceptione illi competente.

SUMMARIUM.

- 1 Ad i series.
2 De jure, quod habent hebrei in domibus, quas inhabitant.
3 Hebrei dicuntur de populo, & cadunt sub statutis ætæ, & passivæ.
4 De regula, ut corrumpente obligatione principalis debitoris, corrumpat illa fidei iuroris.
5 De limitatione, ubi ad i obligatio principaliter, & in solidum.
6 Ita obligatus dicitur fidei iuror respectu debitoris, sed quoad creditorem est corvus.
7 De stylo Curie circa evocationem Advocatorum ad causas.
8 De Declarationibus conclusionis, seu limitationis, de qua num. 5.
9 De eadem limitatione, & quare non intraret in ista causa.

DISC. LXXXV.

UT se liberaret Laura Habrea à carceribus, aliisque molestis, quas patiebatur pro obligationibus contractis in causam viri, assignavit creditori quosdam mansiones per eam in Ghetto possessas, ex illo perpetua locacionis, vel inquilinatus ure, quod inter hæbreos dicitur Gazaga, cujus mentio pluries habetur præfæritim sub tit. de Locat. d. §. 23. Ad id autem facilitandum, Jacobus tanquam approbator, sui expromissor, affecuravit creditorem, quod dictæ mansiones ad Lauram spectarent ex dicto jure, quodque essent sufficentes ad debitum ratione illius majoris pensionis, quæ, detracta pensione debita domino Christiano, percipitur, sive pro ejusdem juris Gazaga æstimacione, sin minus, & pro rata insufficientiæ quodam ejus consimile jus, ac etiam se ipsum obligavit tanquam principalem, principaliter, & in solidum, cum etiam postmodum dicta Laura curasset in validam declarari dictam assignacionem ob invaliditatem etiam primæ obligationis ad formam statu-

statuti 151. Urbis, de quo pluries sub tit. de Alien. & Contrad. dum receptum est, Judæos quoque dici cives, ac de populo, iisque fustigari statuta ex illis, quæ habentur deducta sub tit. de Servit. ad materiam retractus disc. 70. ubi præfæritim de quæstione, an etiam id procedat contra Christianos in iis, quæ ex sola ratione æquitatis concessa sunt, ac propterea ad dictas assignatas mansiones creditor agere impediendus esset, hinc in vim dictæ obligationis creditor Jacob pulsavit coram A. C. à quo tamen rei conventi absolutoria prodiit.

Cum enim causæ Patronus, qui Jacobum tuebatur, exciperet de regula, seu conclusionè, ut corrumpente, ac invalida, vel alias inefficaci existente obligatione principalis debitoris, corrumpat quoque obligatio fidei iuroris tanquam accessoria, & consequentia, quoties nullitas, vel exceptio, proveniat à jure communi, non autem specialiter, ut generaliter probat text. in l. cum principalis ff. de regul. jur. l. cum lex ff. de fidei iur. ubi Bart. n. 4. & ceteri, de quibus ita distinguendo Gregor. & Aden. decif. 221. & 560. & 564. dec. 510. p. 6. rec. dec. 42. post Merlin. de pig. Et in specialibus terminis fidei iuroris pro muliere intelligitur se obligante est textus in l. si mulier ff. ad vellem. & l. mulierem C. eodem utrobique scribentes relati per Henric. de fidei iur. c. 10. n. 18. Theaur. jun. lib. 5. q. 6. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. num. 1966. Merlin. contrav. 55. n. 17. lib. 1. atque supponunt supra allegatas decisiones super conclusionè generali.

Replicabat Scribentes pro actore de recepta limitatione de qua apud eodèdem supra allegatos, & de c. 216. & 242. post Zaccch. de obli. cam. & frequenter, ut id procedat quando agatur de obligatione, quæ etiam quoad creditorem verè, proprie fidei iuroris sit; Sciam autem ubi sit jure correi, quia se tanquam principalem, ac principaliter, & in solidum obligaverit, quoniam tunc, ut in præcedentibus, pluries advertitur, ac etiam sub tit. de feud. disc. 100. & 101. ad materiam Bullæ Barozum, quamvis quoad ipsum debitorem, pro quo fidei iuror se obligavit, talis dicitur pro relevacione, aliisque effectibus; Attamen quoad creditorem non intrat hæc distinctio, sed omnes dicuntur correi, ac principales debitores.

Quare Judice ad id difficultatem restringente, habitus fuit recurus ad operam Advocati, quæ frequentius in hoc Tribunali A. C. ac aliis extra Rotam subsidiaria esse solet, quod scilicet ad Advocatum recurrit; Vel quando sequuntur est vultus decreti contrarii; Vel quando Judex difficultatem promovet, quæ per causæ Patronum superari non possit, unde propterea mea consuetudo est appellandi Advocatos, chyrurgos evocari non solitos, nisi post acceptum vultus, quod tamen pro frequenti experientia aliquem abutim redolere; Non quidem, ut in omnibus evocandi sint, cum caufarum, vel litigantium qualitas, ut plurimum id non patiatur, sed saltem, ut ante introductionem iudicii, accipiatur consilium super directione actionis, vel iudicii qualitate, cum sæpius ob istius ineptiam, vel alia præjudicia, fera Advocati evocatio inutilis remaneat, ut advertitur in sua materia sub tit. de Judic. in relatione, ac præxi Curie.

Scribens igitur pro Jacobo reo convento, firidè super dicta limitatione, ultra ponderaciones, quæ habentur d. disc. 100. & 101. de feud. an scilicet creditori ex eodem actu, seu obligatione innotescat, an obligatio sine merè fidei iuroris, quodque clausula se obligandi tanquam principalis, & in solidum sit pro sola cautela evitanda circum excussio, non alteret autem qualitatem, seu naturam obligationis, cum aliis ibi deductis (quæ tamen in his præfæritim non collegatis Tribunalibus, non de facili suaderi possunt, dum reputantur subtilitates, & ratiocinia.

Dicebam (etiam in sensu veritatis, qualem Judex quoque ut supra agnovit), ut admiffa etiam dicta limitatione generaliter, & in puncto juris; Attamen cessaret applicatio ad casum, quoniam hæc obligatio non erat generalis, ac indefinita pro ipso debito, adeo ut dici valeat, quod creditor, non magis unius, quam alterius, sed cujuslibet in totum fidem sequi voluerit, perinde, ac si cum eo solo contractisset, & in qua ratione dicta limitatio fundata est, sed erat obligatio expressè accessoria, & subsidiaria; Tum quia pro debito longè antea contracto cum sola muliere, adeo ut intrare non possit dicta ratio, quod cujuslibet correi fidem æque principaliter creditor sequutus esset, & consequenter impossibile erat dicere, quod ex hujusmodi sola formalitate verborum, & clausularum, diceretur principalis correis debendi; Tum etiam quia ista obliga-

tio erat per quandam speciem affecuracionis idoneitatis, ac sufficientiæ pignoris, restricta ad solum factum, quod scilicet dictum jus pertineret ad mulierem, illudque esset sufficiens ad debitum, atque utrumque ostendebatur de facto verum, unde propterea dicebam, quod adimpleta esset fidei iuroris obligatio, atque exclusio creditoris proveniret ex alia causa, ad quam ipse non se obligaverat, ideoque versabamur extra casum dictæ limitationis, atque ita iudicatum fuit.

ROMANA PECUNIARIA PRO JO: PETRO LUGATELLO CUM N.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro N.

Fidei iuroris obligatione restricta ad certam summam seu partem debiti, an, si deinde principalis debitor adimpleta dicatur, necnè, quam in eam causam solutio referenda sit, vel potius talis obligatio intelligatur pro summa residuali.

SUMMARIUM.

- 1 Ad i series.
2 Solutio in debito referatur ad debitum pro quo datus est fidei iuror.
3 Declaratur quando dicta regula procedat, & quod fidei iuror administratoris datus censetur pro reliquato.
4 Quando solum per administratorem etiam durante administratione referatur ad obligationem fidei iuroris.
5 De abyssus ubi Judices non sunt bene versati in theoria & principiis juris.

DISC. CII.

IN ito quodam negotio pelliunt inter Jo: Petrum, & Jo: Baptistam, in quo ille pelles, aliæque necessaria subministraret, iste verò eadèdem pelles reduceret ad usum auctorum cum ejus arte, ac industria, pro isto tanquam negotii administratore fidei iuror N. qui tamen ejus obligationem restrictit ad certam summam; Cumque administrator post hujusmodi fidei iuroribus plures pecuniarum summas solvisset Jo: Petro, cujus tamen in dissolutione negotii, ac solidatione computorum, debitor in quadam summa residuali remansit, ipseque minus idoneus esset; Hinc Jo: Petrus coram A. C. pulsavit fidei iurorem, qui sententiam absolutoriam reportavit.

Resolutionis fundamentum fuit regula, seu recepta conclusio, de qua apud Grat. discip. 224. num. 5. & per los. Cavalier. dec. 99. Buratt. & Ad. dec. 284. num. 1. & frequenter in præcedentibus, ut scilicet solutiones, nulla expressa causa, per debitorem creditori simpliciter facta, cedere debeant in causam duriorè, pro qua datus sit fidei iuror, ad istum liberandum.

Mihi scribenti pro Jo: Petro creditore (reflexendo etiam ad solam veritatem) resolutio non placuit; Non quidem ex defectu conclusionis, vel regulæ in suis casibus veræ, sed ex fallacia applicationis, ut frequentius hodie in forensibus controversis experimus, quoniam ut in his terminis advertitur præfæritim supra in Romana pro Monte pietatis disc. 10. & sub tit. de Tutor. & Administr. disc. 15. dicta regula procedit, quando quis est debitor ex pluribus causis, quarum una ratione fidei iuroris dicitur durior; Vel ubi etiam sit debitor ex unica causa, quæ ipso temporis momento perficitur, atque propterea parte fidei iuroris præfæritim; Peta quia ex causa mutui, vel simili Titius fit debitor Sumpronii in mille, pro quorum parte fidei iuror accedat cum in his, vel similibus casibus solutiones simpliciter factæ in hanc duriorè causam ad liberandum fidei iurorem referantur, nisi diversæ voluntatis utriusque, solvens scilicet, & recipientis, fortiores præsumptiones accedant cum dicta regula inducat simplicem juris præsumptionem, nedum contraria expressa probatione, sed etiam fortioribus præsumptionibus elidibilem.

Secus autem ubi agatur de negotio habente tractum successivum, ac admixtam in debitore administrationem, quæ secum ferat in dies novas causas debiti, & crediti, sive dati, & accepti, quoniam tunc omnino verius est, ut fidei iuror, quamvis cum restrictione ad certam summam, censeatur præstitus pro reliquato post solidatas rationes, ac bonificatas partitas dati, & accepti hincinde; Ex ea clara ratione, quod solutiones antea factæ, non sunt ex pecunia,

& bonis debitoris ipsi fidejussori pro eius revelatione affectis, sed ex pecuniis, ac effectibus ipsius negotii; Ad instar enim eorum, quæ in tutore, vel curatore habentur, in huiusmodi negotiis administrationem annexam cum tractu successivo habentibus, cum impossibile sit præstari fidejussorem pro toto eo, quod plurimum annorum spatio de bonis administratis cautiones pro quadam summa, & verisimili quantitate, in qua administrator, dispensatis rationibus, ac detractis partibus dati, & partibus recepti, posse remanere debitor pro reliquato, pro quo verè, ac propriè fidejussor præstari dicitur, ut cæteris relatis habetur Marin. resol. 114. lib. 1. Rot. dec. 301. n. 6. p. 4. rec. tom. 2. apud Caval. dec. 137. n. Othobon. dec. 192. n. 3. & 7. supra d. disp. 15. de tutor. & alibi hoc tit.

Nisi facti circumstantiæ probarent, quod creditor rectè conficio, solutio facta esset de bonis, ac effectibus propriis ipsius debitoris, independenter à negotio administrato, adeo ut creditor dicere non valeat se iuste credidisse, ut pecuniæ, quæ solvebantur, provenirent ab effectibus eius propriis, ac negotii administrati, in cuius causam inter socios, vel inter dominum, & ministrum in dies currant partitæ dati, & accepti, cum isto casu urgeat ratio affectionis honorum propriorum principalis debitoris, quorum intuitu, fidejussor se obligavit; Atque cum hac distinctione in pluribus similibus controversiis procedendum esse advertentem, & ubi casus præbuit, ut causæ tractarentur coram bene versatis, vel saltem iudicialibus iudicibus, eam admitti pluries præcavi; Secus autem ubi coram iis, qui scientes aliquas conclusiones generales per traditiones, &c. ex auditu potius, quam scientiæ, atque per rationes, seu principia, nesciunt ab eis divedere atque huiusmodi distinctiones credunt esse subtilitates, ac ratiocinia Advocatorum, qui pulverem in oculos iudicum emittere velint, adeo ut frequenter, major fama, vel existimatio ingenii, ac doctrinæ Advocati, apud huiusmodi Iudices esse soleat causis præjudicialis, quoniam quo magis est magnus Advocatus, eo magis credunt eos posse decipi; Unde propterea pluries, ac pluries expertus sum magis expedire, ut pro causarum, ac iustitiæ defensione, motiva quamvis solida, beneque fondata, quæ tamen aliquam ingenii, seu acuminis partem habeant, quamvis per Advocatum excitata, grossolano modo per solam causam Patronum deducantur, ad huiusmodi umbram, seu suspitionem tollendam; Id autem proveniat à dicto abusu, in dies magis crescente, quod scilicet iam deserto legum studio theorico, & per principia, tota scientia reducat ad traditiones, ac adnotationes in reperitoriis conclusionum, quæ desumptur ex studio modernarum decisionum, seu modernorum Consultentium, non distinguendo casum à casu, sive (ut vulgo dicitur) lepram à lepra, dum ignorantur principia scientiæ.

ROMANA FIDEJUSSONIS
PROMAURIS
CUM UGOLINO AMADORO

Causa decisus per Rotam pro Mauris, postea concordatus.

An, & quando fidejussor, quamvis nullas recipiat molestias, agere possit contra principale debitorem, ut cum eximat ab obligatione: Et de interpretatione conventionum, & pactorum faciendâ potius ex substantia veritatis, quam ex figura, seu grammaticali sensu verborum.

SUMMARIUM.

- 1 Fidei series.
- 2 Resolutio causæ.
- 3 Ex Statuto Urbis fidejussor potest quocumque petere exemptionem ab obligatione.
- 4 Item diu stetit in obligatione, & quando diu stetit dicitur.
- 5 Vel ubi fidejussor est obligatus cum pactis executivis.
- 6 Aut ubi debitoris conditio deterior effecta sit.
- 7 Quod attendi debeat substantia veritatis, non autem sonus, vel formula verborum, quæ sæpè impropriantur &c.

DISC. CIII.

Cum fratres de Mauris, pro aliquibus debitis in summa notabili, fidejussissent pro Ugolino viro Annæ Mariæ eorum ex fratre nepitis, atque post aliquod tempus, eundem Ugolinum in iudicio pulsarent pro eorum libera-

tionè à fideiussione, vitæ fortè illum magis providum redderent, ac sollicitum solutionis debiti; Deventum est ad concordiam, per quam fidejussores promiserunt à dicta instantia desistere, sub triplici conditione, Primò scilicet extinctionis quorumdam aliorum debitorum; Secundò pro eo tempore, quo molestias à creditoribus non reciperent; Et tertio, quatenus adhuc non duraret matrimonium inter dictos Ugolinum, Annam Mariam, per illa verba præcisa matris sermone concepta, *E perche non duri più il Matrimonio &c.* Cumque ad breve dicti matrimonii dissolutio sequata esset per mulieris mortem, quæ alias controversias excitavit recensitas sub tit. de dot. disc. 33. Hinc proinde ista quoque ex eadem causa exorta est, quod scilicet fidejussores mandatum executivum ab A. C. obtinerunt ad factum contra debitorem pro exemptione ab eorum obligatione; Sed commissâ per Signaturam iustitiæ causa appellationis in Rota coram Verosipio, cum clausula translativa *si quid exequendum*, datoque dubio ex rescripti ventre oriente, an mandatum esset exequendum sub die 24. Maii 1660. ad favorem fidejussorum affirmativa produit resolutio, deindeque concordia, à me quoque consultâ, & facilitata, tam huic, quam prædictis aliis controversiis finem dedit.

In disputationibus igitur desuper habitis, tam coram A. C. quam in Signatura, & in Rota, non dubitabatur de bono iure actorum, & de competentia dictæ actionis petendi exemptionem ab obligatione, quamvis nulla reciperent molestias, quociens dicta nova conventio non obstitit, quoniam quator in idem concurrerant, ex quorum singulis hæc actio exercibilis remanebat, multò verò magis eis simul iunctis,

Primò scilicet, ac de plano, absque alia juris discussione, ex clara, & expressa dispositione Statuti urbis lib. 1. c. 252. per quod decernitur, ut fidejussores indefinitè possint quocumque petere a debitore, ut eos liberet, solvendo, vel aliam cautionem creditor præstando, & de quo Statuto agitur per Rotam apud Caval. dec. 320. & dec. 201. post Cenc. de cens. & alibi.

Secundò quia diu steterant in fideiussione, quo casu, etiam ex sola dispositione juris communis, eadem actio competit. Guid. Pap. dec. 217. Menoch. d. casu 88. Caval. dec. 320. num. 2. & frequenter; Cadente solum questione, quando diu in obligatione stetit diceretur, quod certam regulam, seu determinationem non habet, sed remissum est prudentis Iudicis arbitrio, ex facti qualitate, & circumstantiis regulando, Menoch. d. casu 88. Caval. dec. 320. ubi tempus biennii ad id sufficiens reputatum fuit, quoniam ita illius facti circumstantiæ exigebant; Pluries tamen cum ritu expertus sum, quod aliqui Iudices cum huius decisionis littera processerint; quasi quod iste terminus biennii esset generaliter à lege præscriptus, ideoque pro regula uniformi attendi deberet, non curatis circumstantiis facti, ex quibus, in uno casu etiam minor terminus sufficiat, in altero autem longior non attendatur.

Tertiò quia obligatio fidejussorum concepta erat cum obligatione camerale, alique pactis executivis, ex quibus dicitur sequata condemnatio, ac imminens executio, unde propterea etiam de iure abique Statuto eadem actio competit Borell. in summ. dec. tom. 3. tit. 13. de fideiuss. num. 318. Durand. dec. 75. n. 3. cum seqq. Adden. ad Buratt. dec. 401. n. 23.

Et quartò quia immutata supponebatur conditio debitoris in deterius, quo casu idem procedere probat text. in l. Lucius Titius §. fin. ff. mandat. & l. soproca, C. cod. c. fin. de fideiuss. atque firmant communiter DD. cumulatim per Menoch. de arbit. d. casu 88. n. 10. & 11. Borell. loc. cit. num. 373. & habetur in huius causæ decisione in fine.

Non negabatur hæc per Scribentes pro Ugolino reo convento, sed dicebatur, quod omnia cessarent per dictam novam conventionem, ad quam proinde disputatio restringebatur; Cumque ex hac parte actorum, pro quibus scribebam, diceretur dictam conventionem dilationem resolutam esse ob purificatam dictam conditionem, eo quia non durabat amplius matrimonium; Replicabatur tunc esse in oppositum, ut scilicet attentò sono, seu grammaticali sensu verborum, dilatio concessa esset, dummodò adhuc non duraret amplius matrimonium, ibi, *E perche anco non duri più &c.*

Merito autem illud fundamentum reiectum fuit, quoniam facti qualitas, & circumstantiæ, ad nimiam evidentiam ostendebant, quod fidejussores, eatenus à dicta instantia abstinerant, atque dilationem concesserint, quatenus ita im-

impelleret affectio erga propriam neprem, cuius intuitu, atque ut ita ejus virum à molestiis eximerent id gestum fuit; Ideoque merito, cessante causa huiusmodi benevolentia, & conjunctionis, ita conventum fuit cum dictis verbiis, quorum negativâ in affirmativam resolvenda erat, eo modo quo supra disc. 55. habetur, ut copulativa resolvatur in alternatvam, vel e contra, de quo etiam habetur in materia ultimarum voluntatum sub tit. de fideicommissis.

Ideoque firmata fuit conclusio, super qua decisio edita in ista causa circumferri frequenter solet tanquam magistralis, in omnibus vel materia frequenter insinuatur, ut non cortex, & figura verborum, vel eorum litteralis, seu grammaticalis sensus attendi debeat, sed substantia veritatis, seu verisimilis voluntatis ad text. in l. conventio-nibus, ff. de verb. signif. & l. sed Celsus, §. 1. ff. contraven-empt. cum concord. per Mant. de tacit. lib. 2. tit. 7. n. 1. cum seqq. Rot. apud Buratt. dec. 113. n. 7. & apud Merlin. dec. 692. n. 46. cum aliis in dicta decisione, ac frequenter insinuatur præsertim sub tit. de Fideic. quoniam est principium verisimilium, quod ante omnia per Iudices, & Consultentes ad veritatem præ oculis habendum est, cum sæpius verborum formulæ proveniant ab imperitiâ Notariorum, vel ipsarum Partium nescientium melius explicare, vel concipere earum sensum.

RECANATENSIS
PRO MARIO
CUM FRANCISCO DE MASSUCEIS.

Causa resoluta per Rotam pro Francisco.

De eadem materia attendendi in obligatione debitoris, relevandi fideiussorem, potius substantiam veritatis, quam sonum verborum: Et an fidejussor, qui in gratiam debitoris in pluri se obligavit, actionem revelationis habeat, quamvis hæc in minori summa promissa sit.

Et incidenter, an obligatio camerale trahatur ad omnia enunciata in instrumento, si dispositiva sit magis stricta, quam narrativa.

Et an cessio ex intervallo, per creditorem, correo, vel fidejussori fieri valeat,

SUMMARIUM.

- 1 Fidei series.
- 2 Resolutio causæ.
- 3 Obligatio est stricti juris, & non extendenda.
- 4 Potius attendi debeat pars dispositiva, quam proemialis.
- 5 Verba præcedentia restringuntur à sequentibus.
- 6 Attendendi debeat substantia veritatis, non autem formalitas verborum.
- 7 Quod si error sacre instrumenta, & testamenta lingua latina.
- 8 Standum est potius capitulis, quam instrumento.
- 9 Debetur etiam vulgarizari clausula.
- 10 Quomodo constet de substantia veritatis.
- 11 De eodem, & ut attendi debeat potius facta, quam verba.
- 12 Unde provenit error Notarii.
- 13 Obligatio Camerale, vel pacta executiva suffragari non possunt in iis, quæ non sunt promissa.
- 14 Quod obligatio camerale trahatur ad enunciata.
- 15 Declaratur.
- 16 An cessio possit ex intervallo reportari per fideiussorem, qui se obligavit tanquam correo.

DISC. CIV.

Franciscus Massuceus, & Fabricius Lepretus, ambo filii familias, indigentes scitis mille pro quolibet, introducto Vincentio mutatore, qui tamen, non nisi cum utriusque, ac eorum parentum obligatione in solidum totam summam scutorum bis mille credere volebat; Hinc eorum patres, ipsosmet filios respectivè procuratores constituerunt ad imponendum censum, & se obligandum in solidum pro dicta summa, hoc est, Cæsar dedit mandatum Francisco, & Marcus Antonius Fabricio filius respectivè didicoque contractu inito, Franciscus, prævia narrativa, quod Cæsar pater mandatum prædictum dedisset ejus intuitu, & contemplatione, quodque propterea deberet eum indemnem relevare, in dispositiva indemnitate promissit in scitis mille per ipsum habita, dum alia mille habita fuerant à Fabricio; Cum autem casus dedisset, quod Francisco dictam ejus ratam jam extingueret, Fabricius correus defecerit ab extinctione propriæ ratæ aliorum mille, hinc proinde creditor pro residuali summa scutorum 800. circiter egit contra Cæsarem Francisci patrem tanquam obligatum in solidum, qui coactus dictam summam solvit, reportata cessatione iurium; Deindeque Marius dicti Cæsaris hæres, contra, & Franciscum iudicium exequutum in vim obligationis camerale pro revelatione instituit coram A. C. à quo prodit sententia abfultoria ab observatione dicti iudicis executivi tantum, introductaque per appellacionem causa in Rota coram Carpino, ac dato dubio, an & quomodo dictus Franciscus, vel ejus interim defuncti hæres ad indemnitate teneretur, sub die 23. Januarii 1667. in omnibus negativè responsum fuit, neque causa (quod sciam) ulteriorem progressum habuit.

In disputationibus autem habitis, tam in Rota, quam coram A. C. tres fuerunt puncti; Primò circa merita negotii principalis, an scilicet Cæsar, qui mandatum ad se obligandum in scitis bis mille dederat, pro integra summa, indemnitate actionem haberet contra Franciscum filium, cuius precibus, ac intuitu mandatum prædictum dederat, vel potius pro solis mille, quæ verè Franciscus habuerat; Secundò quatenus dicta actio pro integra summa competere, an id proveniret ex dicta expressa promissione indemnitate cum obligatione camerale, vel potius ex dispositione juris, cum ex hoc penderet competentia viæ executivæ; Et tertio an eidem Cæsari suffragaretur cessio iurium ex intervallo reportata à creditore pro ipsum satisfacto.

Quatenus pertinet ad primum, in quo torus cardo causæ consistebat; Dicebant Scribentes pro Francisco reo convento, (quibus Rota in dicta resolutione adhæsit) quod cum attentò contextu instrumenti recognitionis bonæ fidei ac promissionis indemnitate, in parte dispositiva, Franciscus, stante quod de dictis scitis bis mille, solum mille haberet, quo eis tantum ad indemnitate se obligaverat, idcirco ejus obligatio restricta erat ad hanc summam, pro qua ejus obligationem impleverat per extinctionem debiti, unde propterea nullæ habebatur molestia; Ex consequenter, quod dicta obligatio extendenda non esset ad alia scuta mille habita per Marcum Antonium, seu Fabricium, Procedendo cum regula, vel axioma generali deducto ex vulgata l. quidquid adstringenda, & l. si ita stipulatus, §. Chrysgomus ff. de verb. obligat. ut obligationes dicantur stricti juris, ideoque strictè intelligendæ sint, neque extendi debeat ultra voluntatem; Et in specie promissionis indemnitate non extendendæ ultra proprium debitum Rota apud Caval. dec. 99. in princ. dec. 361. n. 6. p. 3. recent. & dec. 224. num. 11. p. 5.

Cumque ex hac parte actoris insisteretur in narrativa contenta in parte proemialis, quod Cæsar pro integra summa scutorum bis mille intuitu Francisci filii mandatum dederat; Respondebatur, ut potius attendi debeat pars dispositiva, quam proemialis, ut text. in l. emptor, §. ancilla, ff. de rei vendic. Bald. conf. 449. n. 4. lib. 3. Deducendo etiam regulam deductam ex textu in l. 1. §. si quis simpliciter, ubi gl. ff. de verb. oblig. cum concord. apud Greg. dec. 114. n. 5. quod præcedentia verba generalia restrictiorem recipiunt à sequentibus, vel à ratione postmodum adjecta ita cum his generalitatibus procedendo.

Mihi scribenti pro actore (reflectendo etiam ad solam veritatem) resolutio non placuit, eundemque sensum habebat iudex primæ instantiæ, qui solum difficultatem habuit super incompetentiâ viæ executivæ, probabilis autem ei in bono iure videbatur, ut Franciscus pro integra summa, omnibusque resultantibus à dicto mandato, seu obligatione ejus ratione facta, teneretur Cæsarem patrem relevare; Idque ex propositione, seu regula, de qua disc. 6 proxime præcedenti, quod scilicet, in quibuscumque humanis actibus, non formula verborum, eorumque litteralis, vel grammaticalis sensus attendi debet, sed substantia veritatis, cum verba frequentius, uno, vel altero, etiam inepto modo, per Notarios præter intentionem Partium concipi soleant.

Potissimè verò attentò usu Urbis & Status Ecclesiastici (quem ego semper, tam in contractibus, quam in testamentis ac ultimis voluntatibus, magnum abusum dicere consuevi) adhibendi latinum sermonem, quem Partes non bene callent unde propterea verbalis stipulatio Notarii in compendio fit in diverso sermone italico, seu materno, ideoque aliud est, quod Partes intelligunt, aliud verò, quod in scriptura continetur, quo nil absurdum, ubi præsertim

L. 3. de

de actibus mulierum, ac virorum illiteratorum agitur, quoniam ita non contrahunt, vel disponunt Partes iuxta eorum voluntatem, sed Notario pro eius formulario, vel incepto modo loquendi.

8 Et ex qua ratione prodiit frequens, & recepta conclusio, de qua sub tit. de fideicom. disc. 179. Et sub tit. de employ. disc. 14. ac alibi frequenter, quod in concursu instrumenti, & capitulorum infortum inter partes, illis potius deferendum est, eo quia continent verba Partium, instrumentum vero continet verba Notarii; Sanctius tamen esset, ut etiam instrumenta, vel testamenta continerent verba Partium in eorum vulgari, seu materno sermone, in quo etiam extendi, ac distincte vulgarizari deberent clausule apponi solite, earumque operationes, ac effectus, cum frequentius, ac pene semper ex antiquis legaleicis propositionibus tribuantur verbis, & clausulis illarum operationes, illique effectus, qui nunquam pro contrahentes, vel disponentes in animo habiti fuerunt.

10 Quod autem substantia veritatis hinc parti assisteret, mihi videbatur nimium clarum ex confessione, quae dicitur optima probatio, omnemque aliam probationis speciem superat, dum in eisdem instrumenti parte proceamiali, seu narrativa, Franciscus, Caesare parte praesente, ingenue fateatur veritatem, quod scilicet Caesar dictum mandatum dederat loco inquit, & contemplatione ipsius Francisci filii, non autem Fabritii, vel Marci Antonii extraneo- rum, quorum fidem nullatenus sequutus erat, sed quilibet ex dictis patribus mandatum dederat, intuitu, & contemplatione proprii filii respectivè; Unde propterea incongrua videbatur dicta distinctio inter partem proceamialem, & partem dispositivam, quoniam id deducebatur tanquam probatio veritatis per confessionem parte praesente, quae ubi etiam fuisset parte absente, & extra eam occasionem adhuc attendenda veniret.

11 Clarius verò id probari asserbam ex factis, quae magis attendenda sunt, quam verba; Tum ex verisimilitudine, ut quilibet ex patribus pro proprio filio respectivè se obligaret; Tum etiam ex observantia, dum ita quilibet pro proprio filio indemnitate obtinere sollicitus fuit, negligendo illam obtinere a correo extraneo contra omnem verisimilitudinem, quod scilicet partes solliciti esse voluerint de indemnitate à propriis filiis, quos iuxta ordinem naturae eorum haereditas, ac successores credebant, negligere autem ab extraneis, ut ipse naturalis sensus evidenter probat.

12 Error autem Notarii refrigendi in parte dispositiva obligationem indemnitas ad sola scuta mille, provenit ex eo, quod quilibet ex dictis filiis hanc summam receperat, & consequenter cum praeposito, quod quilibet eorum suum debitum solviturus esset quodque eorum patres, non nisi ex facto, & rata proprii filii respectivè molestias recepturi essent, ita in utroque instrumento indemnitas praedictorum Francisci, & Fabritii favore partium respectivè actum fuit de rata propria, non cogitando imperitus Notarius ad obligationem in solidum, per quam unus pro rata alterius iure fideiussionis inter eos urgeri poterat; Ideoque omnino magis ista substantia veritatis evidenter comprobare attendi debeat, quam verborum formalitas proveniens ab inadyestentia Notarii, dum in narrativa, Partes ingenue eandem veritatem, prout erat, expresserunt.

13 Quoyero ad alterum punctum ordinis, de quo potius in prima instantia coram A. C. quam in Rota principaliter actum fuit; Aliquam majorem agnoscebam subesse difficultatem, ideoque in hac parte solutio non improbabilis visa est, quoniam cum obligatio restricta esset ad dictam solam ratam scutorum mille, quae cessarent in causam propriam obligatio non poterat exequi in alia rata, pro qua obligatio, seu stipulatio non legebatur, quamvis ex supra deductis, illa quoque de iure inesset, quoniam; Aliud est, ut haec actio indemnitas competat ex dispositione legis; Aliud verò, ut competat ex propria stipulatione, seu obligatione, cum clausulis, & pactis executivis.

14 Et quamvis ego Scribens pro Actore tanquam Advocatus, deducere conclusionem derivatam ex theoria Bart. l. si soer. §. Lucius n. 4. ff. solut. matrim. Et l. ex hac scriptura n. 1. ff. de donat. ut obligatio carnalis operativa sit in omnibus enunciatis, ut dec. 741. n. 12. p. 1. divers. quae reputatur in hac conclusione originalis, & dec. 5. n. 8. post Zacc. de oblig. ubi in specie dicta theoria ponderatur, & decif. 237. n. 4. post eundem Zacc. de oblig. & decif. 397. n. 5. 6. & 20. p. 9. n. cum aliis per Adde. ad dec. 666. n. 154. & seqq. par. 4. rec. tom. 3. Nihilominus urgere videbatur alia theoria ejusdem Bart. in eadem l. ex hac scriptura n. 9. ff.

de donat. quod quando praecedens enunciativa habet subsequentem taxativam, seu limitationem in parte dispositiva, ista potius attendi debet, quoniam in ea consistit stipulatio, ad quam obligatio restringitur.

Demum quoad tertium; Decisio admittit ea, quae plene, ac docte habentur firmata per Rotam apud Merlin. dec. 512. à n. 1. ad 13. Et seqq. per tot. quod scilicet, quamvis in stricto rigore, per nostros majores ponderato, ubi agitur de illis fideiussoribus, qui se obligando tanquam principales, principaliter, & in solidum, potius correi debendi, quam fideiussores dicendi sunt, fieri non possit hac cessio ex intervallo, sed intrinseca regula deducta ex text. in l. modestimo, ff. de solut. quasi quod corrus, non animo se relevandi à principali debitore, sed potius animo extinguendi propriam obligationem solvite diceretur iuxta ponderationes, de quibus apud Sard. dec. 308. n. 15. Nihilominus, ubi verè, & realiter, spectata facti veritate, ac rei substantia, non est principalis reus, qui se obligasset in causam propriam, sed obligatio sit in causam alienam, tunc ex recepta aequitate admittitur cessio etiam ex intervallo; Dicitur opinio videtur nimiam probabilis, ac fortè ubique praeritum verò in Curia recepta, cum apud moderniores iudicium in multis, & quidem rationaliter, moderatè sint illi stricti, ac legaleicis rigores, qui aliam non habent rationem, nisi quod ita aliqua lex, expressè, vel per argumentum disponat.

Verum in decisione negatur applicatio ad casum, ex eodem fundamentum, de quo supra in primo puncto, quod scilicet Caesar se non obligasset in ordine ad Franciscum sub spe revelationis, ejusque intuitu, (in quo consistit potissima ratio, ob quam dicta cessio ex intervallo reportari potest) Unde propterea id pendet ex eodem principio, de quo supra in dicto primo puncto principali, potissimè, quia non agebatur de solutione voluntaria, sed necessaria & coacta, atque pleraque aderam argumenta voluntatis solvantis non solvendi, ut propriam disolvere obligationem, sed potius ut id, quod pro alio solvere cogebatur, repeteret, ut in dubio est praesumptio, adeoque quando non obstat firmata in primo puncto, probabilis crederem, ut cessio suffragaretur; Et consequenter quod ex hoc iure cessio competeret ille processus executivus, qui non improbabiler, iure proprio negatus fuit, iuxta superius deducta in secundo puncto.

ROMANA PECUNIARIA PRO MUTIO MARERIO CUM CHRISTOPHORO CINCIO

Casus pendet in Rota.

An, & quando fideiussor agat contra principalem creditorem pro indemnitate, seu revelatione, ob quietantiam debiti reportatam à creditore non confitto de vera, effectiva solutione, seu quomodo de ista constare debeat.

- S U M M A R I U M.
1 Adhi series.
2 An sit Baro, & cadat sub Bulla Baronum, qui emit Castrum cum pacto de retrovendendo ad exercitium deducto.
3 Solutio in dubio refertur ad debitum proprium, non autem fideiussorium.
4 Advocati in Curia non se ingerunt in iis, quae sunt facti.
5 Fideiussor non agi contra principalem, nisi doceat de solutione pro ea facta.
6 An fideiussor agat, si alter ejus intuitu solvit.
7 Probatio debet esse conclusiva, & univoca.
8 Non sufficit, si soluta parte, creditor quietet pro residuo.
9 Probatio non dicitur conclusiva, si habet contrariam possibilitatem.
10 De solutione praesumpta.
11 Et 12. Quando haec non attendatur, & de differentia, an agendo, vel excipiendo.
13 Praesumptio probatio non sufficit in actore.
14 Creditor sufficit negare solutionem probandam à creditore.
15 Sed quando probanda sit negativa solutionis &c.

D I S C. C V.

Contra haec Mutium seniore societate officii ad favorem Patricii, sub fideiussione Felicis, cum iste esset debi-

debitor ejusdem creditoris, vel ejus cessionarii ex diversis aliis causis, atque facta solidatione computorum, quietantiam generalem ab eo reportasset; hinc idem, vel Christophorus ejus frater, & haeres, praetendendo, quod sub ista quietantiam comprehensum esset etiam dictum debitum Mutii, contra ejus interim defuncti haereditatem, ac bona haereditaria, mandatum executivum ab A. C. obtinuit, deinde causa ad Rotam coram Bevilacqua sub die 28. Junii 1658. reportavit favorabiliter resolutionem super mandato, seu exequatur etiam contra bona propria Rhenati ejusdem Mutii filii, ob non bene redditas rationes bonorum haereditariorum, five ob inventarii defectum, ejusdemque mandati vigore Mutium juniorem Rhenati filium possidere profitentem bona à patris patre, & avo possessa, independentem ab eis ex fideicommissis majorum, pulsavit in Congregatione Baronum, ex eo quod dictus Mutius quodam castrum ad tempus possedisset, utpote emptum cum pacto de retrovendendo à venditore postmodum ad exercitium deducto, ideoque esset Baro, unde disputatus fuit articulus, an Bulla Baronum conveniat ei, qui ad aliquod tempus resolubiliter, ac sequuta resolutione fuerit Baro, ut haberetur deductum sub tit. de Feud. ad materiam Bullae Baronum disc. 91.

Quare dictus Mutius junior, ad evitandas majores difficultates cadentes tam super hoc puncto, quam super altero redditionis rationum bonorum haereditariorum dicti Mutii, de quo in dicta decisione edita 28. Junii 1658. de consilio mei, aliorumque Advocatorum, oportunitate censuit, diversam assumere dispositionem super veritate, seu existentia crediti actoris; Ideoque coram eodem Bevilacqua datum fuit dubium, an constaret de credito, eoque propositio sub die 27. Junii 1661. dilata fuit solutio, quae adhuc pendet, dum (quod sciam) causa ulteriorem progressum huc usque non habuit.

In hac autem dispositione, ut etiam in preparatione novae dispositionis, punctus videbatur potius facti, quam juris, an scilicet quaedam solutiones ab actore vel ejus haerede simpliciter factae creditoris, vel cessionarii, ad istud creditum referendae venirent, necne; Sive inquietantia illud comprehenderet, cum ex pluribus facti circumstantiis, nimium probabiliter ex hac parte doceretur de negatione in dubio praesumpta, cum solutiones ad propria, non autem ad aliena, & fideiussoria debita referantur ex deductis per Gratian. discipulat. 223. n. 27.

Atque super hoc fuit major controversia potius inter causa Patronos, quam inter Advocatos, parum vel fortè nihil se ingentes in iis, quae facti sunt, respondendo de iure cum facti praepositis, quae per causa Patronos fiant; Quamvis nimium congruat ad causam defensionem, ut etiam Jurista sit bene informatus de facto, ex quo jus pendet.

Quatenus vero pertinet ad punctum juris; Scribens Ego pro Mutio negante debitum, five actionem deducebam conclusionem, quod fideiussor non dicitur creditor principalis debitoris, neque contra eum actionem aliquam habet, nisi doceat de solutione pro eo facta ad text. in l. si pro ea, Cod. mandati ubi communiter scribentes, de quibus apud Salgad. in laby. p. 1. c. 20. n. 24. Henric. de fideiuss. c. 20. §. 1. n. 40. cum seqq. Olea de cess. jur. tit. 6. in Miscellan. n. 37. Rota dec. 462. post Cen. de conf. n. 5. & seqq. Et tanquam absolutum supponitur apud Sard. dec. 118. occasione disputandi quaestionem, an fideiussor contra principalem debitorem competat actor pro ea debiti solutione, quam tertius, ipse fideiussoris intuitu, & contemplatione fecerit, ideoque supponitur certa substantia solutionis.

Illaque probati debet concludenter, & cum probationibus univocis, non autem aequivoecis, unde propterea, ut advertitur apud allegatos, praesertim Henric. & Oleam ubi supra, si creditor fateatur recipere à fideiussore aliquam summam pro residuo totius debiti, quamvis istud verbum residui in propterea confessionem de receptione totius debiti, unde interpetra debitor liberationem consequitur Cavaler. dec. 228. n. 2. dec. 94. n. 20. post Merlin. de pignor. Otthobon. dec. 201. n. 21. dec. 74. n. 12. & 114. p. 10. rec.

Attamen id non suffragatur fideiussori ad repetendum totum à principali debitore, sed solum illam summam, quam creditor dixit recipere pro residuo, quoniam reliquum solvere potuit ipsimet principalis debitor, vel alter fideiussor seu corrus, ideoque probatio remanet aequivoeca, & non bene concludens, qualis non dicitur ea, quae contrariam habet possibilitatem ex collect. per Barbof. axio-

Card. de Luca Lib. VIII.

mat. 191. Rot. apud Celsum dec. 161. n. 3. ubi concordantes, & passim.

Scribentes pro actore multa deducebant argumenta, seu 10 adminicula ad probandum, quod sub dictis quietantiis, illud quoque debitum comprehensum esset, curando cum copiosis allegationibus probare assumptum deductum ex l. procula, ff. de probation. de quo latè Sard. dec. 105. Merlin. decif. 124. & infra pluries, occasione agendi de praesumpta solutione, quod scilicet prohibendum non sit in iure solutionem probare etiam per praesumptiones, & adminicula.

Dicebam tamen conclusionem esse veram, fallaciam vero consistere in applicatione, cum ea procedat favore debitoris ad ipsum liberandum, non autem quando solutio allegatur agendo tanquam fundamentum intentionis, cum tunc solutio praesumpta non attendatur, sed justificari debeat expressa, & vera, ut ita distinguendo in specie advertitur per Henric. d. cap. 20. §. 1. nu. 41. cum seqq. Et habemus etiam in proposito solutionis, quae allegatur per debitorem contra creditorem ad effectum repetendi indebitè solutum, quod ubi etiam concurrerent lapsus temporis, ac praesumptiones, & adminicula, ex quibus debitor excipiendo mereretur absolutoriam, ea tamen non suffragantur eidem agenti ad repetitionem indebitè solati, quoniam multa profant, atque sufficienti excipiendo, quae non sufficienti agendo ex deductis per Buratt. & Adde. dec. 562. Cyriac. controver. 252. n. 44.

Et est propositio generalis, juxta opinionem in Rota, 13 & Curia receptam, ut praesumpta probatio regulariter non sufficiat in iis, quae sunt fundamentum intentionis ex deductis per Adde. ad Gregor. decif. 53. numer. 5. & ad Buratt. dices. 592. dec. 202. mun. 4. par. 5. recent. & frequenter.

Deducebatur etiam alia regula, de qua per Assid. dec. 14. g1. n. 2. Gregor. dec. 133. Rota in Neapolitana pecuniaria 23. Junii 1653. coram Melio, edita in causa de qua supra disc. 60. & frequenter, quod creditor non incumbit probare negativam solutionis debiti, sed sufficit eam simpliciter negare, ut fundata dicatur ejus intentio, donec solutio probetur per debitorem; Sed pariter dicebam conclusionem esse veram, fallaciam autem consistere in applicatione, cum ea procedat favore creditorum jam fundavit ejus creditum, & actionem in instrumento, vel legitima probatione, quoniam tunc debitor dicitur actor in solutionis exceptione; Secus autem ubi negativa solutio allegatur à tertio ad alium effectum juxta plenè deducta per Cyriac. contr. 108. n. 8. Sive ubi allegatur solutio pro purificatione obligationis conditionalis juxta decif. 671. part. 3. recent. cum similibus; Ideoque causa refringebatur ad circumstantias facti, an scilicet ex eis resultaret probatio, quae concluderet.

ROMANA ASSECURATIONIS OLEI PRO MARTELLIO, & UBERTINO CUM VIVALDO, & MONTHONO, aliisque Assecurationibus.

Casus decisus per Rotam pro Assecuratoribus.

De pluribus ad materiam assecurationis pertinentibus; Et praesertim, quando dicatur commissio barrataria, quae per assecutores exceptuata sit; Et de duplici assecuratione, quando sit prohibita.

- S U M M A R I U M.
1 Adhi series.
2 Resolutio cause.
3 Recensentur puncti, sive inspecciones cause.
4 De materia contrahendorum remissio.
5 In dubio cogi debent assecutores, ad solvendum, & non debent audiri nisi prius solvant.
6 Probatus dicitur casus assecurationis, si super sex mensis, non habetur nuncius navis.
7 Referuntur decisiones agentes de materia assecurationis.
8 Quomodo ista materia assecurationis decidi debeat.
9 Quid ubi casus assecurationis non contingat in toto, sed in parte.
10 An attendi debeat valor mercium assecuratorum in loco, à quo, vel ad quem.
11 Attenditur locus destinatus, ut ad cum salvo deveniant.
12 Quid de casu projectus.

- 13 *Præponens tenetur de facto præpositi.*
- 14 *Declaratur, & de conclusione, ut fideiubens ad unum opus non sit obligatus pro altero.*
- 15 *Quando præponens tenetur etiam de præposito circa opus diversum.*
- 16 *De fide præstanda scribæ navis.*
- 17 *Declaratur, & quod non tollat aliam speciem probationis.*
- 18 *De duplici affectione prohibita, quæ declaratur.*
- 19 *Postulat dari plures fidei iutores pro eodem debito.*
- 20 *Quid referat, an dentur unitim, vel se iunctim.*
- 21 *De præxi, vel observantia plurium affectionum gerendam mercium.*
- 22 *Quando datur duplex affectio.*
- 23 *An incertitudo vitiet affectionem in totum.*
- 24 *De deductione oclavæ portis remissive.*
- 25 *De facto casu affectionis ob commissum navis accidentis ad imitator.*
- 26 *Quando dicitur factus casus barattariæ.*
- 27 *De eodem, & quod aliud sit barattaria, & aliud culpa.*
- 28 *Explicatur vocabulum barattaria quid significet.*
- 29 *An, & quando culpa præstanda sit, quomodo non præordinata ad casum.*
- 30 *Culpa Navarichi, an cedat damno assicurati.*
- 31 *Cedit ubi ipse Navarichus est dominus, vel particeps.*
- 32 *Vel est mercium infistor.*
- 33 *Secus ubi adest aliter infistor deputatus.*
- 34 *Non intrat affectio pro mala custodia.*
- 35 *De probatione naufragii &c.*

D I S C. C V I.

Cupientibus Martello, & Ubertino in Urbe negotiatoribus, a securare quandam notabilem olei quantitatem per navem oneratoriam transmittendam à portu Brundisino ad Civitatem Ostendæ Germaniæ inferioris; Cum non de facili reperitur negotiator, qui solus huiusmodi magnas affectiones faciat, hinc propterea frequentius styli us est, ut id sequatur à pluribus, qui prodiversis summis, vel raris diversis diebus per ipsos affectores adnotari solitis, in uno, vel pluribus foliis, seu apocis impressis eisdem tenoris circumferri solitis per proventus huiusmodi negotia tractantes, se obligant; Atque exinde sequuntur est, quod Vivaldus, & Manthionus, & quamplurimi alii diversis diebus quasi per spatium mensis affecturunt pro summa scutorum 16. m. circiter, quamvis merces importarent scuta 30. m. circiter, sub conventiona mercede affectionis ad rationem 7. pro centenario; Cum autem in itinere, duplex casus contigisset in dictis mercibus; Primò scilicet effusioles alicujus partis ratione tempestatis; Et secundò quod classis Hispanica, navem ratione commissi accepit, exoneratis olei in portu Cadicensi, illique traditis in custodiam cuidam Jacobo, quem dicti affecturati deputaverant mercis infistorum, seu præpositum vulgò nuncupatum *sopra carico*; Hinc affecturati de huiusmodi casibus certiorati, iudicium instituerunt contra affectores, qui sententiam absolutiorum ab A. C. reportarunt, introducuntque per appellationem causam in Rota coram Priolo, datoque dubio an, & ad quid affectores tenentur sub die 5. Decembris 1670. eorumdem affecturatum favore, negativa prodiit resolutio, cuius revisio pendet.

In huiusmodi disputationibus, in utroque Tribunali habitis, plures fuerunt puncti, seu exceptiones per affectores deductæ, super quibus disputatum fuit; Primò scilicet facti, non bene probati casus naufragii, seu peremptionis mercium; Secundò ob non factam liquidationem, stante quod merces importabant ferè duplum summæ affecturatae, quodque non tota merx perempta erat, sed aliqua pars, idque fuit potissima resolutio Rotalis; Tertio ob non bene probatam onerationem mercium in quantitate, & qualitate per attestantem Scribæ navis, ut probari debet, sed solum per apocam oneratoriam vulgò nuncupatam *polizza di carico*, aliaque species probationis; Quarto ob duplicem affectionem octavæ partis, Et demum sextò qui supponebatur casum majorem, qui dicto portu Cadicensi contingerat capte navis in commissum, provenisse ratione barattariæ, commissæ per eundem navis ducem, seu dominum, ob introductionem aliorum argenti, aliarumque mercium in eodem portu abque superiorum licentia, & emolumentorum debita solutione.

Primus punctus erat potius facti, quam juris, an scilicet

refestes de super inducti bene concluderent casum, ejusque causam, dum ex parte Auctorum supponebatur id contigisse ob suspicionem à Duce dictæ classis conceptam, quod esset navis onerata mercibus pro servitio Lusitanorum inimicorum, è converso autem rei conventi prætendebant, casum contigisse ex causa onerationis dictorum argenti, ac mercium sine debitis licentiis, ac expeditionibus atque ut vulgò dicitur *per contrabandum*, super qua materia particularem edidit tractatum *Mauson. impress. post tradi. de causa executivæ*. pluraque de hac materia post plures ab eo relatos deducit Rocch. in *ejus tractat. in titulo de officis*, (in quo tamen contrabandorum potius, quam officiorum materia tractatur.)

In hoc autem dicebam, quod, cum discordantia non esset circa veritatem, vel substantiam casus, cuius veritas in genere non controversabatur, sed esset circa modum, seu causam, adeo ut deluser caderet dubium (quod etiam in omnibus aliis exceptionibus cadebat) hinc id sufficere deberet, ut interim retardari non deberet exequutio summæ conventionæ per affectores solvendæ, quoniam ex ordinationibus maritimis contentis in *Consulatu maris cap. 24. fol. 222.* quarum verba registrantur per Rocch. *respons. 24. no. 21. lib. 1. & in notab. post 2. vol. cons. tit. de affectur. notab. 85. n. 425.* & apud Sanfelice. *dec. 162.* disponitur, ut cadente aliqua dubietate, affectores non possint audiri, nisi prius solvant, nè lites excitando, interim solutionem retardent; Et clarior dum in ipsa apoca affectionis concepta juxta consuetam formulam, idem continebatur, ut scilicet affectores in eorum exceptionibus audiri non possent, nisi prius facta solutione; Et merito, quoniam mos est affecturatarum mercedem recipere libenter pro mercibus quæ salvæ ad locum destinatum appellant, in casu autem naufragii lites assumere, ac subsistere, quæ affecturatis duplicem inferunt iacturam, ut advertitur apud Monach. *dec. Flor. 1. n. 102.* Et stante dicto pacto dixit etiam Rota in Romana affectionationis 17. Decembris 1635. & 5. Maii 1636. coram Macchiavello, & in eadem 29. Aprilis 1637. coram Dunozeo *inter suas dec. 470. & in aliis.*

Omnique difficultas in hoc puncto cessare videbatur ex alio pacto in eadem apoca contento, ut pro condemnatione affecturatum sufficeret lapsus sex mensium, intra quos certus nuntius navis non haberetur, quod etiam disponitur *d. cap. 24.* ordinationum Barchionensium, seu Consularum, & advertitur per Stracch. *de affectur. glof. Monac. d. dec. Flor. 1. n. 101.*

Sed quamvis tam per dictas ordinationes, quam per expressam conventionem ita disponatur, omniumque Doctorum sensus sit, quod in hac materia, promptè, & executive contra affectores procedendum sit, eorum exceptionibus rejectis ad petitorium, quoties non sint plusquam claræ, & evidentes; At tamen praxis docet, quod nimium raro huiusmodi solutiones, nonnisi cum magnis, ac dispendiosis litibus sequuntur, ut patet ex tot litibus in hac materia agitatis in Rota in supra enunciatis decisionibus coram Macchiavello, & Dunozeo apud Gregor. *dec. 126.* apud Merlin. *dec. 197. repet. dec. 219. p. 6. rec. apud Royas dec. 81. dec. 24. 54. 64. 151. 285. & 302. p. 6. rec. dec. 47. p. 7. & in aliis*, ultra quamplures nimium frequentes causas disputatas coram A. C. aliorumque Tribunalibus; Quod tamen in aliis mercantilibus Civitatibus non ita de facili contigit, dum ex iudicio mercatorum, ac negotiantium, seu in rebus mercantilibus peritorum, summarie, (ut in his materiis decet) proceditur, non autem per apices juris, ut, pro meo iudicio, non bene proceditur in Curia Romana, & in Tribunalibus Neapolis, ut alibi occasione litterarum cambii, vel similibus negotiorum mercantilium advertitur.

Quo verò ad secundum punctum non factæ liquidationis, stante quod merces (ut dictum est) importabant ferè duplum ac etiam, quia non omnes merces perierant, sed solum in aliqua parte etiam minoris, dum major consignata fuerat eidem infistori, siue *sopra carico* in repositoriis dicti portus Cadicensis, aliaque probabili difficultas cadebat contra actores; Quando etenim merces non pereunt in toto, sed in parte, atque affecturatio pariter non est in toto, sed in parte, tunc affectores non tenentur, nisi ad contributionem pro rata, dum pro reliqua parte non affecturata ipsorum dominus mercium dicitur sui ipsius affecturator, vel affectionis locus, ut apud Rocch. *dict. notabilibus de affectur. n. 356. & seq.*

In hoc autem scribens ego pro affecturatoribus, dicebam, quod aut illiquiditas deducebatur ob non probatum

valorem mercis, super quo facienda erat reparitio pro rata affectionationis; Aut quia ea partim perierat, & partim salva esset; Primo casu, cum jam bene iustificatum esset, quid, & quantum valor importaret in loco onerationis, in quo oleum emptum fuerat, calculatis scilicet tam pretio emptiois, quam expensis dohanarum, & expeditionum, ac vesturæ ad portum exonerationis, ita ad hanc ratam negari non poterat condemnatio proportionabiliter, & pro rata, quoniam, licet in hac materia quæstio cadat super regulando valore, an attendi debeat locus, à quo, vel ille ad quem ex deductis *disc. seg. Attemen* id percucit commodum, ac majus interesse domini mercium affecturatarum, cuius interest sibi præstari valorem loci ad quem, in quo sine dubio esset longè major, quam in loco à quo, tam ratione expensarum pro traductione de loco ad locum, quam etiam pro notabili lucro, quod detrahit huiusmodi expensis, ac pretio periculi, seu affectionationis, traductiones gratia negotiationis faciunt, & consequenter quod condemnatio in summa minori negari non possit, ex recepta propositione, quod in materia dividua, per exceptiones, seu prætenfiones turbidas cadentes in summa majori, sive excedente, retardari non debeat exequutio pro summa minori certa, & liquida.

Major autem difficultas cadebat super altera illiquiditate resultantè ab existentia majoris partis mercis non peremptæ (idque, ut dictum est, fuit potissima causa negatæ resolutiois Rotalis ad reorum conventorum favorem;) Verum advertentiam quod motivum fuisset solidum & considerabile, quando merces in parte salvæ devenissent ad locum destinatum, qui juxta formam conventionis est attendendus, dum usquequo ad dictum locum merces adveniant, quicumque casus, tales quales sint (quoties non essent de exceptuatis) pertinent ad affectores, non autem ad affecturatos, quorum respectu omnes merces, peremptæ, seu naufragatæ dicuntur, eo ipso quod non habent eas salvas in loco destinato, ideoque deberent ipsi affectores, inter quos, ut supra, idem affecturati pro rata non affecturati numerandi erant, solliciti esse de recuperatione, seu venditione dicti olei existentis in portu Cadicensi pro eorum computo, ut ita minus esset damnum, non tamen id impediabat, quin diceretur factus casus naufragii, seu periculi, commissive stipulationi affectionationis quidquid sit de casu projectus, de quo agitur apud Sanfelice. *d. dec. 162.* an dicatur importare naufragium, potissimè quia non ad solum naufragium affecturatio restricta erat, sed concepta pro omnibus casibus, etiam in parte.

Et quamvis scribentes in contrarium replicarent, quod dum dicta pars, quæ salva erat, in portu Cadicensi consignata fuisset eidem præposito, seu *sopra carico*, quem ipsimet affecturati præposuerant, ita inserti possent ad conclusionem pluries in præcedentibus infirmatam, quod præponens tenetur de facto præpositi, sive infistoris; At tamen de stricto jure non videbatur motivum considerabile, ex defectu applicationis dictæ conclusionis ad casum; Ea etenim procedit circa illud opus, vel ministerium, cui sit præpositus, non autem circa diversum; Unde propterea in *dec. 238.* Merlin. *repetit. dec. 156. p. 5. rec. firmatur*, atque alibi in præcedentibus advertitur, quod si quis approbat, etiam cum tali approbatione, quæ formalem fidei iustionem importet, personam ejus, qui assumatur minister inferior, sive ut vulgò dicitur juvenis banci, deinde verò bancheris eum præficiat majori mueri capserit, vel ratiocinatoris, approbatur, vel fidei iustor non tenetur de gestis in hoc diverso ministerio; Ideoque cum dicta persona per affecturatos præposita esset administrationi, & custodia mercis in itinere, & dum erat in navis, non poterat hæc præpositio facta non per eos, sed per Ducem dictæ Regiæ classis, vel alium loci magistratum dicti facta per affecturatos, quodque in hac parte dictus præpositus diversam gereret personam.

Est bene verum, quod cum dictus Dux, vel Magistratus, præfati infistoris, vel præpositi sibi ignoti fidei, ideo, (ac probabiliter) sequutus esset, quia cum creditur virum ab eisdem mercium dominis probatum, utpotè eorum custodiam, ac administrationem præpositum, exinde non improbabilius sequi videtur, ut ista esset pars consecutiva muneris, cui dictus minister præpositus erat; Ideoque in hac parte, resolutio visa est potius probabilis, quodque per actores liquidari deberet, quidnam verè saluum remansisset, ut in reliqua parte perempta, fieret distributio, seu contributum.

De tertio, quarto, & quinto punctis decisio super edita Card. de Luca Lib. VIII.

non agit, cum revera præcipuum resolutiois fundamentum consistat in dicto motivo illiquiditatis, tam circa peremptionem in parte sequentem ex ista causa, quam ex alia effusiois olei ex vi tempestatis, quod totum consistebat in facto, nullamque juris inspectionem habebat.

Quatenus igitur pertinet ad dictum tertium punctum, circa non bene probatam onerationem mercium, earumque quantitatem; Scribentes pro affecturatoribus fundamentum constituunt in *Consulatu c. 56.* ubi disponitur, ut ad Scribam navis, tanquam illum negotii Notarium spectet fidem, vel apocam onerationis conficere, cum distincta adnotatione in ejus libro, seu memoriali, quantitas, & qualitas mercium, ut de fide præstanda dicto Scribæ cæteris relatis habetur apud Castil. *dec. 73. n. 4.* Rocch. *de navig. post secundum vol. consil. n. 24. & 25.* Giurb. *observ. 73. n. 4.* Coccin. *dec. 66.*

Verum hæc exceptio nimium levis videbatur, quoniam ea quæ dicuntur de fide præstanda libris, ac notulis, seu apocis Scribæ navis, bene procedunt affirmative, sed non concludunt negativè, ut scilicet certè quidem debeat, ubi adfuit, sed si non adfuit, non per hoc præclara est via, seu modus aliter probandi; Ad instar eorum, quæ habentur de probatione matrimonii, vel mortis per librum parochi, cum similibus; Effet enim alia dare inconveniens, quod dominus navis collidere posset cum ejus scriba, occultando, seu lacerando huiusmodi libros, vel notulas, utique impedire dominis mercium modum probationum earum onerationem, ideoque revera id nullum habebat fundamentum.

Circa quartam exceptionem duplicis affectionationis deducit ex duplicitate apocarum cum diversitate temporum; dicti Scribentes deducebant conclusionem communiter receptam super prohibita duplicitate affectionationis ut apud Stracch. *de affectur. glof. 3. in fin. & glof. 29. n. 8.* Rota Januensis. *dec. 55. n. 3.* & 9. *Stipman. de jur. maritim. p. 4. c. 7. n. 106. & seqq.* Giballin. *de univ. inf. human. rer. negot. tom. 2. lib. 4. c. 11. n. 2. n. 6.* Giurb. *observ. 73. n. 28.*

Sed pariter id continebat æquivozum clarum, non quidem in jure, quoniam data vera duplicatione, conclusio rectè procedit, sive in facto sive in applicatione; Procedit enim quando earundem mercium duplicata fiat affecturatio, quæ duplicet earum valorem, adeo ut, contingente casu naufragii, affecturatus esset potius in lucro, quam in damno, quia nempe pro mercibus, quæ valent mille, obtineret bis mille, dum ita dari posset locus fraudibus, quod scilicet idem affecturatus affectaret naufragium pro majori ejus utilitate, in his terminis loquuntur supra allegatæ auctoritates ac alie; Secus autem ubi in effectu est unica affecturatio, quæ non excedat merciam affecturatarum valorem, ea tamen per diversas personas, diversis temporibus, & per separatas scripturas, quinimo in diversis Civitatibus, ac Provinciis rectè sequi potest, cum nulla juris dispositio, vel ratio resistat.

Ad instar eorum, quæ abemus in fidei iustione, (cujus speciem affecturatio habet,) quoniam pro uno, eodemque debito prohibitum non est plures præstari fidei iutores diversis temporibus, ac diversis locis, & pro diversis summis, cum separatis scripturis, quæ nempe singulis pro certis raris caveant, quoties omnes cautiones non excedant debitum ad textum *in l. si Titius, & Meria, & l. si plures; ff. de fidei iust. cum concord. ex dicta Rota Januensis. dec. 55. n. 3.* Franch. *dec. 55. n. 10. & 11.* Rota *dec. 717. n. 5. & seqq. p. 5. rec. & in Romana pecuniaria 28. Junii 1655.* coram Bichio *inter suas dec. 646. & infra disc. 144.* Cadente solum in hoc proposito plurium fidei iutorum consideratione, an plures unitim fidei iubeant per usum actum, ac unicam obligationem, vel ita diversimodum effectum beneficii divisionis de jure cadentis inter confidei iutores, sive ad effectum exceptionis cedendum, ut procedant in primo casu, in quo unus fidei iustor censetur se obligasse ad totum intuitu revelationis obtinendæ à confidei iustoribus, non autem in secundo casu, ut *d. disc. 144.*

Ita etiam docente communi usu, imò subjectæ materię natura, ac necessitate, quoniam ubi præferri agitur de magnis navigationibus, magnoque quercium valore, penè impossibile est invenire unum affecturatum, vel etiam plures qui contextualiter, ac in simul illud onus assumant, adeo ut quandoque contingat, ut etiam per plurium mensium intervallum, affecturatarum subscriptiones, vel obligationes ita minutatim, ac pro diversis summis habere oporteat, etiam in diversis Civitatibus, vel Provinciis; Sufficit enim quod fiant tempore habili, quales dicitur etiam

etiam post ceptam navigationem, imo sequutum casum naufragii, dummodo de tempore, quo calus contingit, ejus notitia verifimiliter haberi non poterit iuxta ea, que habentur infra *disc. 109.*

22 Quinimo prohibendum non est, etiam pro ejisdem mercibus, eodemque valore, verè duplicatam assecurationem recipere quoties accedat diversitas itineris, vel diversitas periculi, quoniam sufficit non adesse duplicatam in eodem valore, eodemque tempore, ex deductis apud Giurb. *d. obs. 73. n. 28.* Cadente solum questione, de qua *disc. seq. an* quatenus detur excessus assecurationum ultra valorem, actus corrumpat in totum, vel in solo excessu ex ibi deductis; Hæc autem difficultas in præsentem non cadebat, dum omnes assecurationes vix ascendebant ad medietatem valoris mercium.

23 Et quamvis agendo de hoc puncto, Judex primæ instantiæ motivaret, ut etiam isto casu actus corrumpat ob incertitudinem, quoniam cum periculum non contigisset in tota merce, sed in parte, incertum remanebat, an pars perempta esset illa, quæ assecurata est, necne; At tamen hæc difficultas verè non intrabat, quoniam agebatur de unica merce constituta sub unico valore in totum, tanquam per speciem universitatis, in qua plures concurrerant per partes quotitativas, vel quantitativas, adeo ut omnes essent hujus assumptæ alæ focii, per partes ab initio divisas, & inter quos focios numerandi quoque erant ipsimet assecurati tanquam sui ipsius assecutores in parte non assecurata; Difficultatem autem prædictam rectè cadere posse dicebam, quando assecurationes essent per species distinctas; Puta, quia unus assecurasset certam, & obligatam doleam, seu vasa, vel certas, & obligatas mercium carcas, vel sarcinas, vulgò ballas, alter autem alias, ex quibus aliquæ persistere aliæ non; Casus autem præberet confusionem, ita & saltem, ut incertum remaneret, quænam essent preterita; & quæ non, quem casum adhuc occasio disputare non præbuit, ideoque pro laudabili stylo prohibente evagationes, assumpta non fuit formalis disputatio; Probabiliter autem dicendum venit ut materia regulanda esset cum terminis *l. Rhodie de jact. insinuatæ sub tit. de Feud. ad materiam Bullæ Baron. disc. 89.* atque ibi deducta ad rem applicabilia videntur.

24 Quinta exceptio deductionis octavæ partis de plano tollabatur ex facto, atque de illa particulariter agit *disc. sequent.*

Major igitur questio fuit super sexto puncto, de quo, (licet non omnino mature,) agit in hujus causæ decisione, forsitan potius ex aliqua digressionem extensoris, cum verè principale fundamentum resolutionis fuerit motivum illiquiditatis ut supra, an scilicet factus esset casus exceptuatus barataria.

In hoc autem puncto, duplex cadebat inspectio; Primò facti seu probationis, an scilicet casus commissi contigisset ex causa illicitæ operationis argenteorum, ac mercium prohibitarum, ut prætendebant rei conventi, vel potius ex alia causa suspicionis conceptæ per Ducem classis Regiæ, quod asportarentur mercès ad inimicos, ut ex hac parte supponebatur; Et secundò, posito quod casus contigisset ex prima causa, an dici posset commissæ barataria, necne; Posito enim quod contigisset ex secunda causa, ut ex hac parte prætendebatur, pro assecuratis; Dicebam stare punctualem decisionem Sacri Concilii Neapolitani de anno 1519. de qua testatur Thor. in *Compen. dec. verbo assecutores navis 3. fol. 26. & 27. p. 2.* eamque refert quoque Roch. in *dictis notabilibus post 2. vol. conf. notab. 93. a. nu. 378. ad 361.* ubi in individuo de consimili navi onerata oleo, & capta per officiales ejusdem Regis ob eandem suspensionem, cum tamen in eo casu aliqua major vigeret difficultas ob circumstantiam mutationis itineri, quæ in præsentem non aderat.

25 Ubi verò procedendum esset cum sensu alterius partis, quod scilicet assecuratio contigisset ex dicta alia causa illicitæ operationis mercium prohibitarum, tunc scribentes pro assecutoribus (quibus in hac parte, licet parum digresse sit supra, adhæret causæ Decisio) dicebant adesse baratariam iuxta individualem doctrinam Stracch. *d. assecurat. gloss. 31. n. 2.* ubi plura exempla deducendo, inter alia ponit istud individuale, quod navareus prohibitas mercès in navim introduxisset, dando vela ventis, atque inter arripiendo non solitis debitis emolumentis neque habitis necessariis expeditionibus, adeo ut factus esset casus commissi, deducendo in idem ea, quæ circa navarchi culpam ob mutationem itineris, vel ob non bene relectam navem,

aliisque defectus, habentur apud Corn. *conf. 273. lib. 1. Odd. conf. 31.* ubi plenè agit de assecutoribus excusandis, ac etiam firmata per Rot. in Melevitana Cambii 2. Aprilis 1678. coram Veropio cum aliis deductis per Gallin. *d. tract. de univ. rer. human. negot. tom. 2. lib. 4. c. 11. ar. 2. n. 7. & per tot.* ubi etiam reasumit dictum exemplum positum per Stracch. de navareo onerante mercès illicitas; Cumulando in idem ea quæ apud Odd. *d. conf. 31. Mastrill. d. dec. 284. & alios de quibus infra,* habentur de questione, an, & quando culpa navarchi cedat potius damno assecurati, quam assecutoribus.

Ita verò conclusione, ac auctoritatum consensu deductio clarè arguit, quod decisio in hac parte non est matura, neque ex sensu tribunalis (ut non semel contingit) Tum quia à dicta decisione in Melevitana coram Veropio, fuit postea recessum coram Bevilacqua, ut advertitur supra in eadem Melevitana *disc. 93.* tum etiam quia aliæ auctoritates sunt nimium inter se diversæ, percutientes diversos casus, ac diversas questiones diversam rationem habentes, ut etiam ad aliud propositum super hoc termino barataria advertitur *d. disc. 93.* ubi etiam habetur, quod aliud est barataria, aliud verò culpa; Atque stant simul, quod dominus, vel dux navis sit in culpa, ac quæ licet non ordinata ad casum, iste contingerit, ad effectum ut idem ex ejus facto culpa teneatur erga dominos mercium, vel erga assecutores ad damna, & interesse, qualis est propria culpa, de quo agit Corn. *d. conf. 273.* Et tamen quod non adit formalis barataria tanquam casus in conventionem exceptuatus inter focios super purificationem conditionis, obligationem limitantis, quoniam non omnis culpa baratariam redoleat.

26 Istud enim vocabulum barataria, neque in jure communi, neque apud lingue latinæ professores usitatum reperitur illudque est potius barbarum inductum ex usu navigationis, atque usurpatum pro fraude seu ribaldaria, & calliditate, ut de hoc vocabulo agunt Sanerna *d. assecurat. p. 3. n. 82.* Stracch. *d. assecurat. gloss. 31. n. 2.* ubi multa ponit exempla supponencia calliditatis, ac fraudem, vel dolum, seu aliam præordinationem ad surripendum mercès, seu alias ad præjudicandum domino mercium, vel pecuniarum Odd. *conf. 31. n. 15.* Joannes de Evia *lib. 3. commerc. navali. c. 14. n. 24. & 28.* Giurb. *observ. 73. n. 25. & 27.* Thor. in *compend. dec. p. 2. verb. assecutores Navis fol. 23.* Roch. *dictis notabilibus de assecurat. post 2. vol. conf. notab. 44. n. 139. & seq. & notab. 89. n. 340. & seq. Monach. d. dec. Florent. 1. n. 9. & seq. & 46.* procedentes, ut dictum est, cum dicto præsupposito, & juxta casum de quo agit Monach. ubi supra; Quæ nempe navareus immutato itinere commercii inter portus, & loca Christianorum, iter arripuerat, ac progressus erat versus loca infidelium, quod ad aliud referri non poterat, nisi ad voluntatem surripienti mercès, & accedendi ad loca hostium, ubi tutus à dominorum molestiis aliena possidere posset cum libero usu; Atque in idem coincidunt exempla posita per Stracch. *d. obs. 31. de assecurat.* cum quo alii moderniores pertranseant, quia nempe navareus, colludendo cum gabellariis, vel contrabanderis, alique commissorum appalatoribus, vel officialibus, mercès prohibita, vel servum Regis, ita studiosè, ac præordinatè in navim introduxerit, & sic fraudulenter, atque cum dolosa, & præordinata machinatione ad mercium ammissionem; Secus autem ubi introductio mercium facta sit ad solum lucrum, & industriam, quæ navigantibus, ac viatoribus solet esse connaturalis, ita scilicet evitando solutionem emolumentorum, ac dohanarum seu gabellarum, ideoque non est culpa ordinata ad casum.

27 Et quamvis Scribentes in contrarium magnam vim constituerent in auctoritate Corn. *d. conf. 273. lib. 1. num. 7. in principio,* cum quo pertranseat Odd. *d. conf. 31. n. 34.* ubi firmatur, ut attendatur culpa, quamvis ad casum non præordinata, quoribus illa fuit causa, vel occasio casus; At tamen id mihi videbatur continere fallaciam claram quoniam Corn. *d. conf. 273.* de hoc agit ad effectum, ut ipse navarchus culposus teneatur de damnis, & interesse, sive ut dicatur incursum in penam statutariam, secus autem ad effectum formalis barataria, ut advertitur supra in dicta Melevitana *disc. 93.*

28 Assumpserunt etiam Scribentes in contrarium motivum patiter parum mature insinuatum in causæ Decisione in fine quod scilicet, ab assecuratione excepta etiam de jure censenda esset culpa navarchi, quæ damno domini mercium assecuratum cedere debeat, dum ita sibi imputandum videtur cur minus fidem, vel minus diligentem, seu peritum

ROMANA ASSECURATIONIS FRUMENTI PRO BONIFACIO GRANATA CUM DIVERSIS ASSECURATORIBUS.

Causa disputata coram A. C. & in Signatura resoluta pro Bonifacio.

De eadem materia assecurationis; Et in specie de illius duplicitate; Ac de invaliditate ob non deductionem octavæ partis; Et de valore mercium assecuratarum, an scilicet attendi debeat locus, à quo, vel ille ad quem; Et de mercium concordia valuatione.

S U M M A R I U M

- 1 Adis series.
- 2 De deductione octavæ in assecuratione.
- 3 Quid servandum sit ubi de hac deductione sit questio.
- 4 De jure communi ista deductio non est faciendus.
- 5 Unde resultat, & an Consulatus maris in hac parte sit attendendus.
- 6 Qualis propriè sit Consulatus maris ubique acceptatus, & observandus, & de ratione.
- 7 De materia duplicis assecurationis.
- 8 Si fiat assecuratio ultra valorem mercium, an videtur in totum, vel in solo excessu.
- 9 De liquidatione pretii, & an loci, à quo, vel ad quem, ejusque taxa conventionali.

D I S C. CVII.

cum navarchum, vel vectorem elegerit, ut sentire videntur Stracch. *dicta qu. 31. nu. 3. & 4.* Thor. in *compend. dec. par. 2. verbo assecutores navis,* & alii collecti per Giurbam *d. observ. 73. & per Roch. in dictis notabil. post secundum vol. conf. notab. 44. nu. 144. & seq. & notab. 89. nu. 342.*

Verum advertebam, quod in hac parte procedebatur cum aliquo equivooco (quod frequentius ex modernis Collectoriis, vel Consulentiis non distinguuntibus casum à casu, resultare solet, adaptando aliquas doctrinas inter se contrarias, cum revera tales non sint, sed potius diversæ,) ac propterea cum distinctione casuum procedendum est.

29 Autem idem navarchus, in quo aliqua dignoscatur culpa, quæ occasionem dedit casui, est dominus mercium assecuratarum, vel earum particeps, ut erat casus, de quo agit Giurb. *d. observ. 73. usque par. n. 26.* & tunc rectè procedit opinio tenentium, ut sub assecuratione, non veniat ipsius culpa, sive ordinata fit ad casum, sive non, quoniam iniquum esset, ut culposus ageret contra innocentem pro reintegratio ejus damni, quod ex ejus culpa contigit, sive culpa ejus occasio fuit, ut clarè, ac ad litteram bene probat textus in *l. cum proponas C. de nautic. fœnor.*

30 Aut mercès assecurate, sunt alterius quam navarchi, qui tamen non simpliciter veloris, sed etiam infitoris, vel præpositi partes gerat super mercium cura, & custodia, & tunc rectè procedit dictum assumptum, quod assecuratus approbatus dicitur in omnibus ejusdem navarchi fidem, & diligentiam, & consequenter, quod casus contingentes ejusdem propositi culpa, cedere debent damno præponentis, non autem assecutoris, & hoc est quod dicitur Odd. *conf. 31. nu. 20.* & alii apud Giurb. *dicta observ. 73. nu. 23. & 28.* & Fontanell. *dec. 243. nu. 24. cum seqq.* licet in hoc etiam dissentiat Rota Januæ. *dec. 3. nu. 13. & 166.*

31 Aut demum opera navarchi adhibita est pro simplici vectura cum navi, super qua contractus assecurationis initus est, domini verò mercium assecuratarum non sequentes fidem dicti navarchi, neque illi mercium, curam, & custodiam committere volentes, alterum ad id præponunt, qui vulgò *supra carico* nuncupatur, (qualis erat casus prædictus hujus controversiæ;) Et tunc probabilis est casus contingentem ex culpa navarchi, seu rectoris, quoties non redoleat formalis baratariam in contractu exceptuatum, venire sub eadem susceptione; Potissimè verò ubi hæc esset generalis, & cum verbo effectivato *quoruncunque*, cum tunc cesset dicta ratio in contrarium ponderata utpotè aliis duobus casibus præcedentibus adaptabilis, dum domini mercium ejusdem vectoris fidem, ac diligentiam sequi soluerunt, nisi in solo casu barataria, ut prævia formalis discussione, referat in specie decisum Fontanell. *dec. 224. in fin. revocando sententiam præcedentem in contrarium lata;* Atque tunc, ea, quæ dicuntur de culpa navarchi intrant in culpa ipsius præpositi, vulgò *supra carico*, si in ejus munere in aliquo deficiat, quod mercès perierit, vel deterioratæ sint ex mala qualitate vaporum, aut ex humiditate, vel alia negligentia; Undè propterea in hac specie assecurationis olei, exceptivari solet casus illius effusionis, quæ proveniat aliàs, quam ex vi tempestatis vulgò *spandimento*.

32 Percutiebant hæc omnia illam remptionem, vel diminutionem, quæ resultavit à dicto casu navis capte in commissum; Quo verò ad præcedentem remptionem alicujus partis olei ex vi duplicis tempestatis, ob quam aliqua doleam, seu vasa ob repercussionem fracta erant, id consistebat potius in facto, quam in jure, super probationem insufficientiam, unde propterea resultabat illiquiditas, quod scilicet testes desuper inducti plures patenter exceptiones personales, ac etiam in dicto, non bene distinguendo, super quo puncto certa, & determinata juris regula dari non potest; cum materia probationum Judicis arbitrio remissa sit; Ideoque ex hoc puncto illiquiditatis, mihi, quamvis scribenti pro dominis mercium assecuratarum, resolutio non improbabilis visa est, non tamen placuit digressio, quæ citra necessitatem, in decisione continetur super puncto barataria, cum excepto dicto puncto illiquiditatis, in reliquis clarum videretur bonum jus hujus partis.

ANNOT. AD DISC. CVI. Cum seqq. AD DISC. CXI. inclusivè.

De pluribus ad materiam assecurationis pertinentibus habetur in hoc *ead. tit. disc. 166. & 168.* A resolutione autem edita coram bon. mem. Priolo in casu de quo *disc. 106.* recessum fuit coram eodem 9. Maii 1674. confirmata sub diebus 7. Februarii 1676. & 10. Maii 1677. coram Paulucio.

Cum Bonifacius pro quadam navem oneratoriam, notabilem frumenti quantitatem, à Civitate Ravenatensem, sive à portu Cæsenatico, transmittere vellet ad Civitatem Januæ, curavit fieri assecurationem à pluribus in Urbe negotiatoribus, concorditer appreciato frumento ad rationem scutorum sex pro quolibet rubro; Cumque ex naufragio navis, dictum frumentum perisset cum ipsa navi, hinc renuentibus de more assecuratoribus, sub variis prætextibus, solvere valorem conventum, introducta causa coram A. C. post plures disputationes, contra eos relaxatum fuit mandatum exequutum, canonizatum à Signatura Justitiæ cum solita clausula *sine præjudicio*, cum bina resolutione, cum non acquiescentes assecutores primæ, denuò audiri voluerunt.

In his autem disputationibus, ultra ea, quæ facti erant, super sufficienti probatione facti casus naufragii, super quo Scribentes pro reis conventis tandem dabant manus victas, adeo ut in disputationibus habitis in Signatura, de hoc actu non fuit; Tres erant exceptiones, vel puncti; Primò scilicet super invaliditate assecurationis, vel puncti, quæ deductionem octavæ partis iuxta dispositionem *Consulatus maris cap. 8. pag. 216.* Secundò ob alteram nullitatem resultantem à duplicitate assecurationis, dum in facto supponebatur, quod postquam facta erat assecuratio in Urbe pro quadam summa notabili dictæ mercis, alia facta esset in Civitate Januæ pro summa absorbente integrum valorem, quinimò in aliquo excedente; Et tertio circa liquidationem pretii seu valoris, & an attendi deberet locus, à quo, vel locus ad quem; Majus autem ac potissimum fundamentum dicti scribentes constituebant in primo motivo, seu puncto non factæ deductionis octavæ, dum in aliis duobus, factum in parte non assiltebat, atque ipsimet agnoscebant quod esset facilis solutio.

Quatenus igitur pertinet ad dictum punctum non factæ deductionis octavæ partis; Dicebam clarè esse dispositionem Consulatus, qui in hac materia pro communi Christiani orbis usu receptus est pro lege, ut liquet in his terminis assecurationis ex pluribus Rotæ decisionibus de hac materia agentibus insinuatæ *disc. præcedenti*, & in 2. articulo de hac octava apud Dunozer. *decis. 460. num. 8.* & agit Roch. *conf. 27. num. fin. lib. 1. Fontanell. decis. 344. numer. 14.*

Removebatur autem objectum ex solo facto, quoniam præcedens assecuratio facta in Urbe, de qua agebatur, erat pro summa non adæquante integrum valorem mercis, adeo ut extra assecurationem, remaneret longè major pars, quam octava; Et quamvis obiceretur de altera assecuratione facta in Civitate Januæ, tamen quidquid sit de puncto, de quo agitur infra in tertia exceptione, an scilicet posterior diversa assecuratio excessiva viciet totum actum, vel potius ipsa vitata remaneat, cessabat facti assistentia, dum hæc posterior assecuratio in Civitate Januæ facta erat per diver-

diversam personam, & sub diverso nomine, neque constabat de Bonifacii asecurati mandato.

Verum ubi etiam asecuratio facta esset pro integro valore, adeo ut deductio octava non adesset; Adhuc tamen, absque necessitate examinandi punctum hujusmodi deductionis in meritis, insinuabam praxim servatam per Rotam apud Dunozetr. d. dec. 460. quod scilicet relicta in suspenso rata cadente sub dicta octava, pro reliquis septem relaxatum fuit mandatum, idque asecuratis sufficiebat.

Quatenus vero asecuratio absorberet integrum valorem, pro quo praterderetur commissa stipulatio, adhuc, etiam cum sentu veritatis, dicebam frivolum esse exceptionem. Attenta siquidem dispostione, vel ratione juris communis, nullibi cautum reperitur, ut hanc deductionem facere oporteat; Sive enim istum contractum, (juri communi forte ignotum,) juxta magis communem sensum DD. assimilemus scheidungioni; Sive societati; Aut verius sponsoni, quae super illius navis itinere, seu navigatione inearit, in quacunque specie versetur, nil prohibet super integro valore pacisci.

Dicta vero deductio resultat ab ordinationibus maritimis Barchionensibus, quas ex duplici fundamento dicebam attendi non debere; Primo scilicet quia locales pro dicta Civitate, ejusque ditione, ideoque sine dubio non attendendae in Urbe, aliisque Provinciis, & ditionibus tantquam leges, vel ordinationes; Et si praterderatur eas attendi debere tanquam consuetudines in hac regione receptas, id formiter probari deberet; Et secunda quia eadem ordinationes cap. 20. disponunt, ut id non procedat in frumento, & hordeo, aliisque frugibus, unde propterea illae non possunt dividi.

Et quamvis responderetur, quod dictum cap. 20. loquitur de frugibus introducendis in dictam Civitatem Barchionensem, attamen nimium levis consideratio erat, dum dictae ordinationes pro ejusdem Civitatis, ac adjacentium locorum navigationibus, & negotiis factae sunt per ejus officiales, qui nullam habebant potestatem prescribendi leges in aliis ditionibus, ideoque intrabat dilemma, quod aut hujusmodi ordinationes, utpote impressae in Consulatu maris, sunt ubique receptae; Aut non; Si non sunt, de eis agendum non est; Si vero sunt, dividi non possunt.

Praterea ad elucidandum aequivocum, cum quo procedi solet circa contenta in eo libro impresso, qui Consularis, & maris dicitur, advertendum quod in eo in principio a folio primo ad 181. juxta impressionem Venetam anni 1637. continentur 294. capitula, atque in istis propriè consistit antiquus consularis maris pro directione seu regula navigationis, eaque per omnes ferè nationes Christiani orbis commercium inter se habentes, diversis temporibus acceptata supponuntur, & praetertim per Romanos in Ecclesia Lateranensi de anno 1075. ut patet ex hujusmodi acceptationum serie, seu cronologia registrata ante paginam primam ejusdem libri; Et merito quidem oportuit, ut negotiatores, ac navigantes, hujusmodi leges, seu ordinationes conderent, ac respectivè acceptarent, dum eo tempore legum civilium, & canonum usus non habebatur, quoniam legum inventio est posterior juxta legalem historiam de qua sub tit. de servit. disc. 1. prout posterior est compilatio Decretalium, unde propterea videbatur sine legibus communibus, sed cum Statutis particularibus, aut si quae leges communes aderant, erant illae Longobardorum, quae post inventas leges Romanorum, A siniae appellatur, ac videntur, unde fortè magnum resultabat commercii praedictum, dum in uno loco vivebatur uno modo, & in alio vivebatur altero, ideoque oportuit hujusmodi uniformes ubique servandas leges, tanquam ex quadam negotiarum conventionione ordinare, vel recipere, atque in istis capitulis 295. propriè consistit Consularis maris ubique servandus, utpote per omnes nationes usu receptus; Alia vero contenta in hoc libro, qui moderno tempore impressus est, sunt quaedam ordinationes Regis, vel Consulum Civitatis Barchionensis, aliisque ordinationes, vel consuetudines, seu regulae, privata auctoritate ibi insertae, circa quas defendendum est singulorum locorum consuetudini, vel usui; Erroneum vero est, omnia, quae in dicto libro registrata sunt, regulare tanquam Consularium maris; Unde propterea nisi formiter probaretur, quod in asecurationibus, quae in Urbe fiunt; deductio octavae perneceffe faciendae sit, cum de jure id cautum non sit, remanebat exceptio nulli innixa fundamento; In casu autem Fontanel. d. dec. 244. merito de hoc agitur, utpote in Civitate Barchionense.

Quo vero ad duplicem asecurationem, priorem scilicet in Urbe, ac posteriorem in Civitate Januae; dupliciter ex solo facto cessabat objectum; Primo scilicet, quia non constabat, an posterior utpote sub diverso hujus mercis domini nomine facta, contineret idem negotium; Et secundo quia eadem erat potius suppletiva illius partis, quae remanebat non asecurata, & consequenter nullus aderat excessus, cujus ratione intrare posset inconveniens consideratum disc. praecedenti, ut ejusdem mercis duplicatum, ac excessivum pretium obtineretur in casu naufragii, vel alterius accidentis, quod ita expediret asecrare.

Et nihilominus ubi etiam aliquis excessus ex hac secunda resultaret, Dicebam quod non exinde inferri posset ad primam, diverso loco, diversoque tempore, jam valide, ac perfectè sequuntur, quoniam si quae difficultas desuper cedere posset super puncto, an utile per insulre vitetur, procedit ubi agitur de unico actu, vel de pluribus correspondivis, unde intrare posset ratio individualitatis animi sui voluntatis, (quod ex commendabili stylo Curiae prohibente superfluas evagationes examinare non oportuit,) cum hujusmodi difficultas nullatenus intret in adibus merè separatis, tam in tempore, quam in loco, & personis, adeo ut nulla adesset connexio, vel correspondivitas; Ad instar eorum, quae habemus in pluribus obligationibus diverso tempore cum diversis personis factis per mulierem habentem potestatem id agendi intra dimidiam dotis, quod si excedat, excessus, non vitat obligationes, vel alienationes praecedentes intra fumum licitam, ac permissam factas; Ita pariter in alienationibus, vel obligationibus, quae fiant per possessores feudorum, seu majoratum, & fideicommissorum in vim beneficii, seu facultatis concessae per Principem, vel Magistratum hanc facultatem habentem cum limitatione infra certam summam, cum similibus.

Demum quoad alterum punctum liquidationis pretii, an attendi deberet pretium loci quod, vel illud loci ad quem, & de qua questione caeteris relatis habetur per Rot. dec. 258. p. 6. & dec. 47. p. 7. nec. Et quae revera certam, & determinatam regulam non recipit, cum decisio pendat ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, attento potissimum loco, in quo casus contingat, an uni, vel alteri termino magis approximet, ac etiam circa locum ad quem, ponderando an ista asecurationum mercium nova introductio aliquam alterationem facere posset juxta ponderationes de quibus sub tit. de regalib. disc. 117. Attamen quia super hoc plures questiones oriri solent, ideoque ad eas dirimendas, prudenter flecti Partes concorditer pretium taxare, ad cuius proportionem asecuratores obtineant pretium asecurationis, idque non est in jure prohibendum, ut advertitur pluries sub tit. de societ. offic. ac etiam sub aliis de usur. & de camb. eod. lib. 5.

ROMANA SEU NEAPOLITANA ASSECURATION. PRO GIMARA, ET ALIIS ASSECURATORIBUS CUM ANTONIO NEAPOLITANA.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Antonio ut infra.

De eadem materia asecurationis; Et an error in expressione loci, seu portus, in quo mercis oneranda sunt, vitiet, necne asecurationem.

Et si sunt mercis diversarum specierum cum distinctis pretiis, an dicantur plures diversae asecurationes, vel potius unica, pro casu, quo periculum contingat, in una, & non in altera specie, ad effectum compensationis mercium existentium cum peremptis.

SUMMARIUM.

- 1 Adli scribit. Resolutio causae. 2 Quod totus sinus maritimus versus Civitatem maritima, illi attribuitur, quamvis rigorose diversa sit territoria. 3 Non cortex, & formula verborum, sed substantia veritatis attendi debet. 4 Declaratur ista propositio, & quando illa procedat, & de generali navium vocabulo.

- 6 De diversitate vocabulorum navium inter nautas, & mercatores, & quod asecuratio super navi non conveniat fregatae, vel barcae &c. 7 Attenditur etiam ipsa navis identificata. 8 De sponsonibus. 9 De differentia frumenti navigati, & crecti per terram. 10 De eodem. 11 Merces salvae debent cedere commodo asecuratorum, & compensari. 12 Quando sit unica asecuratio, vel sint plures. 13 De liquidatione valoris. 14 De aliis casibus circa liquidationem. 15 Quid ubi consistat de mercibus. 16 De eodem, ac usu dandi fidem mercatoribus.

D I S C. CVIII.

Oneratis per Antonium in quadam navi in portu Neapolitano versus Hispanias nonnullis mercibus ferici, ac etiam quadam frumenti quantitate, taxato ex conventionione pretio distindendo in mercibus, ac frumento respective; Cum casus dedisset, quod frumentum, utpote alias navigatum, ac repositum in Civitate Puteolana, ob novam navigationem in parte corruptum esset ex calefactione, istaque casus sub asecuratione quoque veniret; Hinc Antonio asecuratio pulsante coram A. C. asecuratores ad frumentum pretium currentum; de duobus praetertim excipiebant sub juris theorica cadentibus (cum alia disputata inter causae Patronos, consistenter in nudo facto;) Primo scilicet, quod inutilis esset obligatio, utpote facta in Urbe sub expressione, quod frumentum onerandum esset in portu Neapolitano, dum id sequutum erat in Puteolano; Et secundo quod lucrum aliarum mercium, quae integrae, ac salvae appulerant ad destinatum locum, compensari deberent cum hoc damno, adeo ut reficiendum esset solum id, in quo, facta praerogatione, asecuratus damnificatus remaneret; Quare assumpta desuper disputatione, Judex primam exceptionem rejecit, alteram vero admisit de jure, non autem de facto, ob defectum liquidationis, quia scilicet ex hac parte justificatum non fuit quanti mercis venditae fuissent in loco a quo, seu valeret, ad effectum ut facta deductione, tam pretii erogati in earum emptione, quam omnium aliarum expensarum, & gabellarum, signosci posset, quid importaret augmentum, quod quoadque nullum adesse solet, imò iactura inesse.

In disputationibus autem desuper habitis; Quatenus pertinet ad primam exceptionem falsae narrativae loci onerationis; Dicebant Scribentes pro actore (quibus Judex adhaesit,) quod ob magnam adjacentiam Civitatis Puteolanae cum Neapolitana, quarum utraque est ad ejusdem sinus oras, praetertim apud externos negotiatores, denominatio generaliter fieri solet à majori, ac dominante Civitate, ubi est portus, ad quem naves appellant, totumque est mercimonium illius maritimi sinus, dum parva Civitas Puteolana nullatenus est mercantilis, atque distinctio territoriorum inter Civitates adjacentes, vel Oppida, cognita solum est civibus, & incolis ad alios privatos effectus, non autem apud externos negotiatores, quoniam si (ex gr.) fiat emptio vini, quod vernoticum nuncupatur, colligi solum in territorio Nolano, sive illius, quod nuncupatur graecum, seu lacryma de territorio oppidi Summæ, aliorumque locorum in planitie, vel pendibus montis Vesuvii, adhuc in Urbe, totum dicitur vinum Neapolitanum, cum similibus; Idemque sinus maritimus totus apud externos dicitur Neapolitanus, quamvis in oppidis, vel castris Turris Octavae, ac Resinae, aliisque adjacentibus locis apud oneratio sequatur, eodem modo, quo apud externos negotiantes cum mercatoribus Romanis habetur sermo de portu maritimo ad oras Tyberinas, tanquam de portu Romano, quamvis illius territorium non sit de agro Romano, sed de territorio Hostiensis, vel Portuensis, quae sunt diversa sub diversis Episcopis, cum similibus; Ideoque dicebant quod rectè intrare propositio per me frequenter etiam oretenus, in casularum defensione in consuetudine habita, & declamari solita, ut non cortex, & formula verborum, sed substantia veritatis attendi debeat.

Admittitab ergo scribens pro asecuratoribus, veritatem hujus propositionis, utpote mihi praedictae; Dicebam tamen, eam rectè procedere, quando nulla urgat probabilis ratio, inter unum, vel alterius loci expressionem, adeo ut tota quaestio reducatur ad eam solam verborum formalitatem, vel rigorosam significationem, de qua grammati-

corum est disputare, magnasque retexere quaestiones; Sed ubi aliqua considerabilis differentia esse possit, quae percutiat substantiam consensu, seu voluntatis contrahentium, tunc formalitas verborum, seu vocabulorum attendi debet; Ut puta (eg. gr.) apud poetas, ac etiam oratores, recti, vel elegantis sermonis gratia, sub eodem navium generali vocabulo, explicari solent, tam magnae naves oneratores, quam mediae, ac parvae, sive longam, sive rotundam habeant formam, quoniam sufficit significare instrumentum navigationi aptum, non descendendo ad illas diversarum specierum distinctiones, quae habentur apud nautas, & negotiatores, inter naves magnas (vulgò vasselli) contradistingui etiam solitas in mercantiles, & militares, ac inter triremes, fregatas, barcas, bergantinos, leutos, barconos &c.

Inter nautas autem, ac negotiatores, in ista praetertim asecurationis materia, in qua tanquam specie fideiussionis, strictè, ac rigorose proceditur, prohibita exedione de casu ad casum, nimium siliitur super vocabulis iuxta quaestionem disputatam apud Magistr. dec. 182. cum alia relatis collectis per Giurb. observ. 73. nu. 7. & Roch. de asecuratio. post 2. volum. consil. notab. 61. nu. 217. quod scilicet asecuratio mercium vendendarum per navem, non capiat mercem, quae transmittantur per fregatam, vel barcam, ex differentiae ratione, percuciente substantiam voluntatis, quia nempe magis tuta sit navigatio cum una, quam cum altera specie navis, vel instrumenti navigatorii.

Quinimò, etiam in navibus ejusdem speciei, cum asecuratio contineat sponsonem super alea, seu fortuna illius navis, si pluribus ejusdem speciei navibus in portu existentibus, conveniatur de asecuratione mercium onerata, vel onerandarum in navi (ex gr.) nuncupata S. Antonii, recta per talem ducent, vel navarum, cum non trahitur asecuratio ad easdem mercem oneratas in diversa navi, quamvis simili quoniam rectè asecuratur dicere potest quod ex genio, vel alio motivo, super unius magis, quam alterius navis fortunam sponsonem facere voluerit, iuxta ea quae in materia sponsonis habentur sub tit. de alienat. & contract. disc. 47. & 48. Atque in dies docet experientia in iis, qui faciunt sponsones super lusoribus, vel participationem aliumque contractum ineunt super ludo, ob genium cum una magis, quam cum altera persona, ideoque non insistitur in identitate rationis, quam non intrat in iis, quae à genio pendunt, seu fortunae committuntur.

Applicando autem ad rem; Dicebam quod magna differentia erat, attenda subjecta materia, quae qualitate mercis, ut exprimeretur veritas loci, prout erat, ex ratione percuciente substantiam voluntatis, quoniam, licet ad Civitatem Neapolis deferri etiam soleat frumentum ab Apulia, aliisque partibus per mare; juxta casum, de quo sub titulo de regal. disc. 125. Attamen frequentius, ac fortè pro majori parte, ubi praetertim non agitur de annis penuriosis, vehitur per dorsum animalium à partibus mediterraneis ipsiusmet Campiae, seu Terrae laboris, ac Apuliae, & Lucaniae, quod juxta frequentiore contingit in veritatem verificabile non est in Puteolana Civitate, quae territorium proprium non habet, ubi colligatur frumentum in magna quantitate ad usum mercantilem, neque ad eam constantem vectores, & mercatores, sed solum quandoque ibi, gratia majoris commoditatis, reponi solet frumentum navigatum, quod per mare traductum sit à remotis regionibus; Cumque in individuo casus calefactionis, qui in merce contigerat, notabilis, ac magna differentia sit inter frumentum navigatum, & non navigatum, ut etiam advertitur supra in Viterbien. disc. 89. Hinc proinde substantialis est expressio unius portus, quam alterius loci, quoniam exteri negotiatores in Urbe existentes, bene tamen informati de unius, ac alterius loci qualitate, dum istum etiam casum corruptionis, seu calefactionis in se assumpserunt, facilius id egerunt in frumento onerando in Civitate Neapolis, cum probabili spe, vel credulitate, quod esset frumentum traductum per dorsum animalium à partibus mediterraneis, quam fecissent si specificatus fuisset alter locus, in quo repositum esse non solet ad mercatum, ac extractionem, nisi frumentum aliàs navigatum; Et quidem motivum fuisset solidum, beneque fundatum, nisi illud enervasset aliquae facti circumstantiae, ex quibus desumebatur ipsorum asecuratorum notitia super ipsa merce individuali, unde propterea quaestio remanebat potius facti, quam juris.

Quo vero ad alterum punctum, seu inspectionem, an scilicet asecuratum commodo cedere deberet aliae mercis,

ces, quae salva ad locum destinatum appulerant, ut ita istarum commodum cum pereceptorum incommodo con-

11 pensetur; Non negabant scribentes pro affecurato, ut id fieri deberet; quando unica esset affecuratio omnium mercium, tanquam ejusdem universitatis navigationis, seu mercimonii; Insihebant vero in eo, quod essent duae diversae affecurationes pro mercium diversitate, idque comprobari debebant ex diversitate, seu distinctione pretii.

In hoc autem, regulando materiam cum terminis emptio-

12 nis, & venditionis, cum quibus in proposito regulandam esse advertitur apud Giurb. observ. 73. ubi pro consueto stylo elaborato concordantes colliguntur, ac juxta ea, quae habentur pluries sub tit. de empt. & vendit. praesertim disc. 17. & 18. ac etiam sub tit. de servit. ad materiam retractus disc. 74. Ista quaestio, an in eodem contractu, pluribus diversis rebus, vel mercibus, sub unico, vel distincto pretio, deductis, dicatur una, vel potius dicantur plures venditiones, verè est potius facti, quam juris, ideoque certam, ac determinatam regulam generalem non recipit, sed tanquam in quaestione voluntatis, determinatio in singularibus circumstantiis, quae unam, vel alteram voluntatem suadeant; Applicando autem ad rem, in hac facti specie, clarum videbatur, quod unicus esset contractus, facta solum pretiorum distinctio, quoniam ita per necessesse subiecta materia exigebat; Eundemque sensum habebat Iudex, sed quoniam pretium jam ex conventionie taxatum erat, idcirco cessabant illae quaestiones, quae in materia liquidationis cadere solent juxta deducta duob. disc. praecedent.

13 Et quamvis ex hac parte replicaretur, quod taxa pretii, seu valoris facta solum esset, ad effectum sciendi, quid pro mercibus peremptis, vel deterioratis rescindendum esset, id autem non excluderet lucrum, quod ex mercibus falsis in loco ad quem reportaretur; Attamen difficultas erat, cuiusnam incumberet onus probandi hoc majus lucrum, utpote incertum, ac eventuale, adeo ut ista illiquiditas, vel incertitudo, apta esset retardare, necne, solutionem affecurationis in processu exequutivum intrante, tam ratione obligationis cameralis, quam ex natura affecurationis ob dispositionem Consulatus.

Et in hoc, quamvis ego scribens more Advocati, plura deducere circa hujusmodi illiquiditatis exceptionem, de quibus supra discurs. 106. Attamen reflectendo ad veritatem, mihi videbatur, quod stante conventionali taxa, seu liquidatione prudenter fieri solita, tanquam super pretio verisimiliter, sperato in loco ad quem, ita fundata esset intentio actoris, quodque spes seu possibilitas majoris pretii, & lucri, esset fundamentum exceptionis rei conventi, ideoque intraret vulgaris, ac recepta propositio, quod ubi actor bene fundavit ejus actionem, reus gerere dicitur partes actoris circa onus concludenter probandi id, quod deductum pro fundamento suae exceptionis; Potissimè verò quia ex parte actoris, concludens probatio, vel saltem vehemens fumus dabatur, quod merces in loco, ad quem non haberent majorem valorem, quam concideret taxatum.

14 In hoc autem proposito liquidationis mercium peremptarum, ad effectum condemnandi affecutores ad solutionem. In persequendo alios consimilibus controversiis, quae in Curia sunt frequentes, disputari contingit, an sufficeret assertio ipsius domini mercium, super earum quantitate, & qualitate, descripta in apoca onerataria, quae vulgo dicitur cartio dicitur, sive in notulis scribæ navis, quamvis mensurata, vel numeratio sequuta non esset, quia nempe in arcis, vel sarcinis, vulgo ballis, clausis, & obsignatis, essent reclusae, adeo ut sequuto naufragio, vel alio casu peremptionis, impossibile esset rei veritatem comprobare; Atque in hoc puncto, contra affecuratum urgere videbantur; Tum dicta regula, seu conclusio generalis, de qua supra dicto discurs. 106. super onere incumbente affecurato actori, liquidandi pretium, & quantitatem; Tum etiam ratio fraudis, quae ita de facili committi potest, supponendo merces magni valoris in arcis, vel sarcinis plenis rebus inutilibus juxta quaestionem disputatam per Santern. de affecurat. & Jo. de Evia in tract. de reb. maritim. quos refert, ac resumit Roach. in notabilib. de affecurat. notab. 10. nu. 25. & segg.

15 E converso autem, ut hujusmodi assertionibus defendendum sit, dabatur attestationes plurimum negotiorum de communi usu, praesertim portus Pisani, seu

Liburnien. ac Civitatum Venetiarum, & Januae; Ideoque intrat pluries insinuata conclusio, quod in rebus mercantilibus defendendum est usum mercatorum; Atque ego ponderabam hujusmodi consuetudinis probabilitatem inter mercatores; & negotiantes, ex rationibus, de quibus occasione solutionis dohanarum, & gabelarum habetur sub titulo de Regal. discurs. 69. quoniam alias materia esset impracticabilis; Adhuc tamen occasio non praebuit id forniciter disputare, sed quando casus contingeret, crederem quod ista, tanquam quaestio potius facti, quam juris, pro facti, & personarum qualitate, aliisque circumstantiis decidenda sit, attendendo adminicula hujusmodi assertionem coadjuvantia, sine quibus difficile esset, ut ipsa nuda assertio sufficiens reputari deberet.

ROMANA ASSECURATIONIS MERCIIUM PRO JO. PAULO SANZONIO, ET ALIIS CUM LOPEZ DE SILVA.

Causa disputata coram A. C. & in Signatura, resolutus pro Sylva, & pendet.

De eadem materia affecurationis; Et an facta de tempore, quo casus periculi jam sequutus erat, valeat, necne: Et cui incumbat onus probandi verisimilem notitiam casus jam sequuti, an affecurato, vel affecuratori.

S U M M A R I U M.

- 1 FALSIS series cum resolutione.
2 Materia probationum est iudici arbitraria.
3 Affecuratio sequuta de tempore, quo potuerat haberi verisimilis notitia casus sequuti, est invalida.
4 Secus dicta notitia cessante, licet tunc casus esset sequutus, & quid in sponsonibus.
5 De materia verisimilis notitiae.
6 An damnum causatum ab inimicis affecurati cedat periculo affecuratori.

D I S C. C I X.

1 S Ubdie 3. Decembris 1666. inter Lopez de Sylva Januae degentem, & Jo. Paulum Sanzonium, mediante proxeneta, in Urbe inita fuit affecuratio quarundam mercium Zaccari, & similiarum, oneratarum, vel onerandarum in portu Ulixiponensi super quadam specificata nave vehendarum ad Civitatem Januae; Cum autem tunc, atque per 45. dies antea dicta nave capta fuisset per classem Hispanicam iure belli tunc vigentis; Hinc Sylva affecuratus, habitis justificationibus lequuti casus, contra affecuratum egit coram A. C. quae mandatum exequutivum obtinuit, commissaque per Signaturam causa alteri Praelato cum clausula translativa si quidem exequendum (ut audio) demandata fuit exequutio ex defectu probationum ex parte affecuratori non bene factarum verisimilis scientiae in affecurato de casu jam sequuto.

In disputationibus autem habitis praesertim in prima instantia coram A. C. & in Signatura, quaestio erat potius facti, quam juris, super hujusmodi probatione, an adesse diceretur, necne; Et super qua materia certum iudicium non de facili efformari potest, utpote reposita in Iudicis arbitrio juxta celebrem text. in l. 3. ff. de testam. ibi, tu enim scire potes quanta fides testibus adhibenda est, a quo derivat haec receptio conclusio, ut in Iudicis arbitrio repositum sit, an probationes concludant, necne, Ancharan. consil. 172. num. 3. & consil. 276. in fin. Mantie. decis. 338. num. fin. & communiter, ut habetur in sua materia sub tit. de Iudic.

Idque si procedit generaliter etiam in expressa, seu explicita probatione, & Jo. Paulum Sanzonium, mediante proxeneta, in Urbe inita fuit affecuratio quarundam mercium Zaccari, & similiarum, oneratarum, vel onerandarum in portu Ulixiponensi super quadam specificata nave vehendarum ad Civitatem Januae; Cum autem tunc, atque per 45. dies antea dicta nave capta fuisset per classem Hispanicam iure belli tunc vigentis; Hinc Sylva affecuratus, habitis justificationibus lequuti casus, contra affecuratum egit coram A. C. quae mandatum exequutivum obtinuit, commissaque per Signaturam causa alteri Praelato cum clausula translativa si quidem exequendum (ut audio) demandata fuit exequutio ex defectu probationum ex parte affecuratori non bene factarum verisimilis scientiae in affecurato de casu jam sequuto.

Posita ete nim in affecurato scientia certa, vel praesum-

In his spe- pore facti ca- in affecurat- ampliat. 10. secundum vo- & segg. & la praedictorum jusmodi noti- positio non di- dualiter fir- quam in iur- apud Royaa Ex quibus hujusmodi o- tus esset, que ex qua mala- sionis id sic- contractus q- disc. 47. & 48. Igitur isti qualitate, 5 arbitrio des- coram Roy Merlino, certa regul- altera per ur de itinere fertim agur- regula desup- longum iter- non sufficit- litatem tem- ni five de- majoris faci- tolet ex ma- belli divisi- decisi cora- notabile sp- potissimè: Tum ex de tempore quia pessis, quae non habebatur, cum similibus circumstantiis, ex quibus hoc arbitri- Scacc. & R- Merlin. & Gregor.

4 5 6 7

8 9

10 11

12 13

14 15

16 17

18 19

ideoque dici posset casus sequutus in ejus odium, atque ab ejus inimicis, attamen reflectendo ad veritatem agnoscendam, quod motivum non subsisteret, cum ageretur de qua in hac materia habentur sub tit. de empt. disc. 6. & sub tit. de Regal. disc. 118.

JANUEN. ASSECURATIONIS PRO BERNARDO DE AMICO Responsum pro veritate.

De eadem materia affecurationis, cujus invaliditas praetendatur ex defectu mandati, seu facultatis, ratione qualitatatis navis, quia nempe data sit facultas super una specie navium, & affecuratio facta sit super altera; Atque sit super ea specie fieri tantum poterat in certa summa, & facta sit in majori, an adus vitietur in totum, vel potius in solo excessu.

S U M M A R I U M.

- 1 FALSIS series.
2 Subsequens approbatio declarat mandatum ambiguum.
3 De affecuratione strictè intelligenda, quomodo, & quando procedat.
4 An clausula posita in fine mandati referatur ad omnia praecedentia.
5 Quando in materia affecurationis utile per inutile vitietur.
6 Et quando secus, atque vitietur solus excessus.
7 De conclusione, ut affecuratio strictè intelligenda sit, & facta in una nave non capiat navem diversam etc.

D I S C. C X.

1 S Ubdie 23. Junii 1666. Stephanus in Civitate Januae constituit procuratorem Jo. Baptistam ad faciendas affecurationes ejus nomine in genere, sub ea tamen lege, ut in qualibet cymbas, talis qualis sit, sub generali vocabulo d'ogni Vascello, affecurare posset, usque ad summam scutorum 1500. auri, super qualibet vero navi magna, seu qualificata explicata sub vocabulo d' Vascello da convoglio affecurare posset in summa duplicata scutorum 3. mil. auri; Sub die vero 10. Novembris sequentis, aliud eidem Jo. Baptistae mandatum dedit pariter generale ad faciendum affecurationes, specificata dicta summa scutorum 1500. in navibus inferioris ordinis explicatis cum dicto vocabulo generali d'ogni Vascello, & usque ad summam 10. mil. super navibus majoris ordinis explicatis cum dicto vocabulo Vascelli da convoglio, additis etiam clausula, plus, & minus, ad ejusdem procuratoris arbitrium, seu beneplacitum; Cumque dictus procurator, super inferioris ordinis cadente sub dicto generali vocabulo d'ogni Vascello fecisset affecurationem cum Bernardo pro summa scutor. 3000. Hinc facto casu naufragii, atque affecurato agente contra Stephanum mandantem, excipiebat iste de invalida affecuratione facta per mandatarium ultra fines, ac formam mandati; Quare desuper ex parte Bernardi consultus.

Respondi, duplicem in hoc cadere inspectionem; Primo scilicet an facultas in secundo mandato ampliativo attributa excedendi summam praesinitam, percuteret utrumque casum, tam scilicet affecurationis faciendae super parvis navibus, quarum respectu summa contenta in primo mandato, per secundum ampliata non fuit, sed repetita eadem scutorum 1500. vel potius percuteret alteram speciem affecurationis super navibus magnis, in quibus adeo notabilis ampliatio facta erat à secus ter mille ad decem mille; Et secundò, posito quod dicta facultas non percuteret dictam primam speciem, cujus respectu continuaret limitatio in dicta summa scutorum 1500. an dicta affecuratio facta pro summa duplicata, corrueret in totum, vel potius subsisteret pro rata permissa.

Prima inspectio erat potius facti, quam juris, super interpretatione verborum, ex quibus, etiam attento sensu literali, clarum videbatur, quod ampliatio percuteret utrumque casum, multò verò magis ob plures facti circumstantias id nimium convincenter comprobantes, praesertim ob eas, quae denotabant in mandante scientiam, ac approbationem eorum, quae in dies à dicto mandatario circa hoc negotium gerebantur, & per quam omnis cessare videbatur difficultas, quoniam si ex pluries insinuata certa, & frequenti juris propositione, rathabitio equi-